Virtutis perfectissimæ formam Romani longe aliam sibi fingebant [1] ac Græci. Cum enim hi ante omnia id agerent ut uniuscuiusque mores pulchram quandam perfectamque imaginem efficerent [2], cuius omnes partes aptæ essent inter se ac convenientes [3], illi magis spectabant habitus decorem honestatemque, qua sibi quisque putabat ante omnia edendum populo gravitatis dignitatisque exemplum [4]. Ut igitur Romanorum ingenium ad rerum usum magis respicit nec sectatur ea quæ homo nequit assequi [5], ita eorum virtus minus quam apud Græcos manat [6] ex libera hominum voluntate, sed habet nescio quid durum ac necessitatem redolens [7], ne dicam simulationem ac fallaciam [8]. Semet ipsum vincere summa illis videbatur laus, ac si quis molliores animi affectus repressisset, id censebant probe factum. Inde rigida illa et sæva in exsequendis iuris rationibus constantia [9], inde etiam illa animorum proclivitas ad mortem voluntariam, non quia meliorem aliquam vitam somniarent [10], sed quod ita consulendum [11] putabant suæ dignitati ac susceptæ in civitate [12] personæ, exemplo denique quod aliorum ante oculos esset edendum.

15.

Es hat kaum eine andere Periode der Weltgeschichte gegeben, wo das Urteil der Zeitgenossen über die handelnden Politiker so sicher und gemeingültig war wie in dem letzten Jahrhundert der römischen Republik. Der Sohn aus einem Hause der Nobilität wuchs heran unter den Augen einer müßigen, schaulustigen, scharfblickenden Stadtbevölkerung. Von dem Tage, wo er die Kinderstube verließ, lebte er in der Öffentlichkeit, vom Morgen bis zum Abend begleitet durch sein Gefolge von Schützlingen. Er hielt seine Gerichtsreden vor dem Volke; wie er aussah, wie er sprach, wie er die Hand in die Toga hüllte, wie er die Vorwürfe seiner Gegner aufnahm, wie er sich bei kleinen Ereignissen der Straße benahm, beobachteten spähend tausend Neugierige. Sobald er vollends in den Senat eintrat, wurde er ein Gegenstand des Interesses für die gesamten Staatsmänner und Talente seiner Zeit; seine Parteistellung, seine Haltung in einzelnen Fragen, seine Liebhabereien, seine Abenteuer, das alles wurde Stoff der Tagesunterhaltung auf dem Forum, in der Halle der Senatoren, in den zahlreichen Salons der vornehmen Frauen, welche Politik fast ebenso leidenschaftlich betrieben wie ihre Liebesangelegenheiten.

16.

Bei einem so entwickelten öffentlichen Leben bildete sich ein instinktiver Scharfblick für Beurteilung der Menschen, der das am meisten charakteristische und am meisten imponierende in der römischen Litteratur jener Zeit ist. Aus den zahllosen Anekdoten, Verleumdungen und Witzreden blieb als Niederschlag in den Seelen ein Porträtbild der Zeitgenossen zurück, allerdings ohne die idealen Züge, deren kein Bild entbehren kann, wenn es völlig ähnlich sein soll, aber ein Porträtbild von fast photographischer Genauigkeit. Und nicht nur dieses eigentümliche Leben in der Öffentlichkeit zog die Römer zu so guten Beobachtern ihrer Zeitgenossen, auch die gesamte Bildung und die politischen Schicksale des Staates steigerten die Unbefangenheit des Urteils. Die Politiker des damaligen Roms bildeten die

XV.

Nulla fortasse apud ullum populum fuit ætas qua [1] æqualium iudicia de viris res publicas tractantibus aut certiora fuerint aut maiore omnium consensu facta [2] quam extremo liberæ Romanorum rei publicæ sæculo. Illo enim tempore quicumque nobili loco natus erat adolescebat ante oculos [3] multitudinis urbanæ ut otiosæ et spectandi cupidæ ita acutis ad observandum sensibus præditæ. Simulac deinde e pueris excessit [4], vitam degebat in publico, quacumque incedebat clientium stipatus cohorte [5]. Coram populo agebat causas; ibi quali esset corporis forma et habitu, qualem se ostenderet in dicendo, quomodo manum toga conderet [6], quo animo quæ obicerentur ab adversariis acciperet, quomodo denique se gereret si quid forte in via subito incidisset, sexcenti erant qui intentis ad hæc omnia oculis specularentur [7]. Ut vero senator est factus [8], omnes qui tum aut in rebus publicis versabantur aut ingenio præstabant cœperunt oculos animosque in eum convertere [9]. Quas ille in re publica partes sequeretur, quid de unaquaque re quæ agebatur sentiret, quid maxime in deliciis haberet, quive casus ei accidissent, hæc omnia agitari cœperunt cottidianis hominum sermonibus in foro, in atrio curiæ, in multis denique illis feminarum nobilium cœtibus, quæ res publicas haud minore pæne cum studio tractabant quam suos amores [10].

XVI.

Itaque cum omnia in luce collocata essent [1], naturale quoddam exstitit acumen ad iudicanda hominum ingenia [2], quod legentium quæ illo tempore litteris mandata sunt oculos statim in se convertit et admirationem movet summam [3]. Ex multis illis quæ ferebantur narratiunculis dictisque aut probrose aut iocose residebant [4] in hominum mentibus æqualium imagines, destitutæ quidem graviore [5] illo habitu, quo si caret imago videri nequit perfectam referre similitudinem, sed tam accuratæ ut ex ipso homine essent expressæ [6]. Nec tamen sola hac mira consuetudine [7] in omnium conspectu omnia agendi eo perducti sunt Romani ut æqualium mores tam egregie haberent perspectos, accedebat universus animorum cultus, ipsiusque rei publicæ vicissitudines effecerunt ut iudicia de hominibus fierent liberiora. Qui enim tum res Roma-

herrschende Klasse, die Familien derselben waren durch Heiraten, Adoptionen und vor allem durch gemeinsame Interessen miteinander verbunden; die Wege reich zu werden, das Volk zu gewinnen, die Gegner zu stürzen, waren durch mehrhundertjährige Praxis für alle festgestellt worden. Wie heftig die Parteien im Senat und auf dem Forum zusammenstießen, in den Häusern blieb doch in der Regel ein geselliger Zusammenhang oder das Gefühl der Zusammengehörigkeit. In Zeiten gewaltsamer politischer Abrechnung ließ der Gegner die Gegner ohne Bedenken hinmetzeln, aber die Lebenden verkehrten miteinander in den Formen einer reichen und rücksichtsvollen Geselligkeit.

17.

Die Parteien waren nacheinander zur Herrschaft gekommen, Marianer und Sullaner hatten geplündert und das Blut ihrer Feinde vergossen, kaum eine regierende Familie, deren Mitglieder nicht Arges gethan und Arges geduldet hatten. Die Verfolgungen und Metzeleien waren übergroß und scheußlich geworden, seitdem nahm die politische Leidenschaft ab. Die gemeinsten Motive, Habgier, persönliche Rachsucht standen im Vordergrund, man hasste die Gegenpartei, weil sie im Besitze der Gewalt war, die ihren Raub sicherte, und weil man selbst ihre Provinzen und Güter begehrte; das Wohl des Volkes, die Größe der Republik waren abgenutzte Phrasen, an welche nur noch einzelne glaubten. Die Familienbande waren gelockert, die Parteitreue selten; es konnte ratsam sein sich morgen mit dem Gegner von heute zu verbinden, oder morgen seine Stimme dafür zu geben, dass der Parteigenosse von heute auf eine entlegene Insel verbannt werde. Aber um alle rauschte der Strom eines üppigen, vergnügungssüchtigen Lebens . . . . Auch solche Zeit der Unsicherheit, voll verwegener Pläne und raffinierten Genusses, trägt dazu bei, dem Urteil über andere eine kühle Objektivität und eine für unsere Empfindung unheimliche Bonhommie zu geben, dem Urteil über hervorragende Personen etwas Festes, Typisches, wogegen wir uns nur in wenigen Fällen zu wehren haben. Noch in der Kaiserzeit ist lange diese virtuose Ausbildung der öffentlichen Meinung auffallend. Noch lange

norum publicas administrabant, dominabantur in tota civitate eorumque domus cum affinitatibus et adoptionibus, tum præcipue utilitatum communione inter se erant coniunctæ; quibus autem artibus pararentur opes, civium animi conciliarentur, gradu pellerentur [8] adversarii, multorum deinceps sæculorum usu comprobatum constabat inter omnes. Quamvis igitur diversarum partium viri et in curia et in foro aspere inter se verbis dimicarent, per domos tamen servabatur [9] plerumque omnium consuetudo ac familiaritas aut certe necessitudinis quidam sensus. Ubi vero armis decertabatur de summa re publica [10], nemo quidem dubitabat adversarios dare trucidandos, sed qui vivebant omnia varii urbanique commercii officia inter se et præstabant et accipiebant [11].

XVII.

Et Mariani et Sullani, qui deinceps rerum potiti erant, cum inimicorum bona diripuissent, sanguinem hausissent, vix ulla erat inter nobiles domos ex qua non aliquis dira aut fecisset aut perpessus esset. Cruciatibus et cædibus iam factis immanibus ac fœdis desierunt paulatim animi publicarum rerum cura incendi. Quo magis iam movebantur homines sordidissimis rebus, avaritia suasque iniurias ulciscendi cupidine [1]; oderant adversarios propterea quod penes illos esset potentia [2] qua rapta tuerentur, eorumque provincias ac bona concupiscebant ipsi. Publica autem salus et rei publicæ amplitudo verba erant contrita, quibus pauci etiamtum fidem habebant [3]. Imminuta deinde erat cognatorum inter se necessitudo [4], raro servabatur suis partibus fides [5]: poterat enim utile esse [6], quem modo habuisses adversarium, eum mox facere socium, aut relegandum in remotam aliquam insulam mox censere quocum nunc stares ab iisdem partibus [7]. Ceterum eodem omnes ferebantur et circumstrepebantur quasi æstu luxuriæ ac voluptatum [8]. . . . Ipsa autem hac omnium rerum perturbatione, unde consilia pullulabant quam maxime temeraria ac fastidiosa libidinum captatio [9], hoc quoque solet effici ut de aliis iudicetur velut de alienissimis [10], etiam cum lenitate quadam ac bonitate quæ nobis quidem videtur suspiciosa [11], principum vero virorum imagines exprimantur certæ ac stabiles, quibus raro est quod refragemur [12]. Quæ eximia publici iudicii subtilitas mirum est quam diu manserit etiam ætate imperatorum. Tum quoque diu [13] in curia et in foro gravissimis exem-

blieb der Senat und das Forum die große Schule für Menschenkenntnis und scharfe Beobachtung, noch lange erfreut uns die Klarheit, Objektivität und Sicherheit in Würdigung der Charaktere, und noch bei Tacitus empfindet man, dass die kurzen Striche, womit er charakterisiert, die immer den Kern des Wesens in wenig Worten erfassen, nicht von ihm allein gefunden, sondern durch die lebhafte Teilnahme der großen geistigen Aristokratie festgestellt sind.

18.

Hannibals Zeitgenossen haben auf seinen Charakter Makel mancherlei Art zu werfen versucht: den Römern hieß er grausam, den Karthagern habsüchtig. Freilich hasste er wie nur orientalische Naturen zu hassen verstehen, und ein Feldherr, dem niemals Vorräte und Geld ausgegangen sind, musste wohl suchen zu haben. Indes, wenn auch Zorn, Neid und Gemeinheit seine Geschichte geschrieben haben, sie haben das reine und große Bild nicht zu trüben vermocht. Von schlechten Erfindungen, die sich selber richten und von dem abgesehen, was durch Schuld seiner Unterfeldherrn in seinem Namen geschehen ist, liegt in den Berichten über ihn nichts vor, was nicht unter den damaligen Verhältnissen und nach dem damaligen Völkerrechte zu verantworten wäre; und darin stimmen sie alle zusammen, dass er wie kaum ein anderer Besonnenheit und Begeisterung, Vorsicht und Thatkraft mit einander zu vereinigen verstanden hat. Eigentümlich ist ihm die erfinderische Verschmitztheit, die einen der Grundzüge des phönikischen Charakters bildet: er ging gerne eigentümliche und ungeahnte Wege, Hinterhalte und Kriegslisten aller Art waren ihm geläufig, und den Charakter der Gegner studierte er mit beispielloser Sorgfalt. Durch eine Spionage ohnegleichen (er hatte stehende Kundschafter sogar in Rom) hielt er von den Vornahmen des Feindes sich unterrichtet; ihn selbst sah man häufig in Verkleidungen und mit falschem Haar, dies oder jenes auskundschaftend. Von seinem strategischen Genie zeugt jedes Blatt der Geschichte dieser Zeit, und nicht minder von seiner staatsmännischen Begabung, die er noch nach dem Frieden mit Rom durch seine Reform der karthagischen Verfassung und durch den beispiellosen Einfluss bekundete, den

plis discebatur hominum ingenia pernoscere acuteque æstimare, ac per longum inde tempus delectamur videntes quanta cum perspicuitate, fide, veritate iudicia fiant de æqualium moribus [14]; quid quod vel Tacitum singulorum virorum imagines paucis lineamentis ita adumbrantem ut intimam eorum naturam soleat brevissime comprehendere [15], non sua tantum proferre sentimus sed quæ coniunctis præstantissimorum ingeniorum studiis essent constituta.

XVIII.

Hannibalis ingenium ac mores multis variisque maculis adspergere studuerunt eius æquales: a Romanis enim [1] dicebatur esse crudelis, avarus a Karthaginiensibus. Ac fuisse in illo vim odii [2] quantam earum modo gentium animi possunt concipere quæ a solis ortibus propius habitant, equidem non negaverim, et quem ducem nec opes nec commeatus umquam defecerunt, eum par erat [3] avere ut haberet. Sed quamquam eius res conscripserunt viri aut ira aut invidia abrepti aut animi sordibus inquinati, nequiverunt tamen quidquam detrahere de eius splendore [4] ac magnitudine. Nam si prætermittas ea quæ ut male ficta ipsa suam fidem solvunt [5] aut legatorum culpa illius nomine commissa sunt, nihil de eo invenies relatum quod non defendi possit illorum temporum condicione [6] et iure gentium [7]. In eo autem omnes scriptores consentiunt, in Hannibale ut vix in quoquam alio consilium et fervorem animi, cautionem et fortitudinem mixtas fuisse ac bene compositas [8]. Præcipue autem ei inerat sollers illa et ingeniosa [9] versutia, quæ in omnium Pœnorum ingeniis locum tenet insignem [10]. Solebat [11] enim rationes inire insolitas et inopinatas, sollemnisque ei erat insidiarum et omnis generis bellicarum artium usus, ac pernoscendis adversariorum ingeniis diligentiam adhibebat incredibilem [12]. Circummissis enim quoquoversus et singulari cum arte speculatoribus — nam vel Romæ exploratores alebat assiduos [13] — omnia hostium consilia [14] habebat cognita; et ipsum quoque haud raro cerneres mutata veste sumptisque falsis capillis [15] hoc vel illud explorantem. Iam vero in bellis gerendis quanta fuerit ingenii præstantia [16] testis est illius ætatis memoria universa [17], quantumque idem valuerit in civilibus rebus administrandis ostendit [18] et post compositam iam cum Romanis pacem, cum rei publicæ Kar-

er als landflüchtiger Fremdling in den Kabinetten der östlichen Mächte ausübte. Welche Macht über die Menschen er besaß, beweist seine unvergleichliche Gewalt über ein buntgemischtes und vielsprachiges Heer, das in den schlimmsten Zeiten niemals gegen ihn gemeutert hat. Er war ein großer Mann: wohin er kam, ruhten auf ihm die Blicke aller.

19.

Tiberius Gracchus war kein kühner Spieler, sondern ein leidlich fähiger, durchaus wohlmeinender, konservativ politischer Mann, der eben nicht wusste, was er begann, der im besten Glauben das Volk zu rufen, den Pöbel beschwor und nach der Krone griff, ohne es selbst zu wissen. Die Schlächterei, durch die er endigte, richtet sich selbst, wie die Adelsrotte, von der sie ausging; allein die Märtyrerglorie, mit der sie seinen Namen geschmückt hat, kam hier, wie so oft, an den unrechten Mann. Die besten seiner Zeitgenossen urteilten anders. Als Scipio Ämilianus von der Katastrophe Nachricht erhielt, sprach er die Worte Homers:

»Also verderb' ein jeder, der ähnliche Werke vollführt hat«,

und als des Tiberius jüngerer Bruder Miene machte in gleicher Weise aufzutreten, schrieb ihm die eigene Mutter: »Wird denn unser Haus des Wahnsinns kein Ende finden? haben wir noch nicht hinreichend uns zu schämen, dass wir den Staat verwirrt und zerrüttet haben?« So spricht nicht die besorgte Mutter, sondern die Tochter des Überwinders von Karthago, die noch ein größeres Unglück kennt als den Tod ihrer Kinder.

20.

Sulla hat seine Gewaltherrschaft nicht bloß mit rücksichtsloser Gewaltsamkeit begründet, sondern dabei auch mit einer gewissen cynischen Offenheit die Dinge beim rechten Namen genannt, durch die er es unwiederbringlich verdorben hat mit der großen Masse der Schwachherzigen, welche mehr vor dem

thaginiensium in meliorem formam mutandæ auctor exsisteret, et deinde cum apud reges [19] Asiæ, quorum hospes esset patria extorris, ingentem auctoritatem exerceret. Quanta denique eius vis fuerit in moderandis hominum animis, inde apparet quod [20] exercitum ex multis variarum linguarum gentibus mixtum ita continuit ut ne in summis quidem rerum angustiis [21] ulla adversus eum seditio mota sit [22]. Fuit igitur ille, ut in unum omnia comprehendam, vir magnus [23], qui, quocumque venisset [24], omnium in se ora convertebat.

XIX.

Ti. Gracchus non is erat qui in aleam sua temere committeret [1], sed vir ingenio præditus non ita excellenti [2] et optima quæque cupiens, in administranda autem re publica conservandi præsentis rerum status studiosus [3], sed qui quid inciperet non intellegebat, et cum sibi videretur [4] nihil aliud quam populum evocare [5], exciebat plebem infimam insciusque ipse regnum affectabat. Trucem quidem illam cædem qua interiit non est quod multis improbemus [6] aut nobilium illam factionem quæ eius fuit auctor; sed quod ideo laudem nactus est viri pro optima causa iniuste occisi, evenit hæc laus, ut fit plerumque, viro ea non satis digno [7]. Aliter quidem iudicaverunt æqualium eius præstantissimi [8]. Scipioni quidem Æmiliano cum de eius interitu esset nuntiatum, Homeri verbis usus exclamavit [9]:

»Sic pereant omnes qui talia facta patrarint« [10],

et [11] ipsa Tiberii mater, cum eius vestigia sequi pararet [12] frater minor, hunc litteris datis ita compellavit: »Ecquando desinet familia nostra insanire? ecquando perpudescet miscenda atque perturbanda re publica?« Sic loquitur non mater [13] de salute filii anxia, sed illius filia [14] qui perdomuerat Karthaginienses, quæ malum novit liberorum morte maius.

XX.

Sulla in constituenda sua dominatione ut sæva [1] violentia usus est ita impudenti quadam cum simplicitate verum cuique rei nomen [2] indidit; qua re mirum quantum offendit [3] magnum eorum numerum qui, animos cum habeant imbecillos [4], nomen magis expavescunt quam ipsam rem; fatendum tamen est eadem eum ra-

Namen als vor der Sache sich entsetzen, durch die er aber allerdings auch dem sittlichen Urteile wegen der Kühle und Klarheit seines Frevels noch empörender erscheint als der leidenschaftliche Verbrecher. Ächtungen, Belohnungen der Henker, Güterkonfiskationen, kurzer Prozess gegen unbotmäßige Offiziere waren hundertmal vorgekommen, und die stumpfe politische Sittlichkeit der antiken Welt hatte für diese Dinge nur lauen Tadel; aber das freilich war unerhört, dass die Namen der vogelfreien Männer öffentlich angeschlagen und die Köpfe öffentlich ausgestellt wurden, dass den Banditen eine feste Summe ausgesetzt und dieselben in die öffentlichen Kassenbücher ordnungsmäßig eingetragen ward, dass der Feldherr den widerspenstigen Offizier geradezu niedermachen ließ und vor allem Volk sich zu der That bekannte.

21.

Diese öffentliche Verhöhnung der Humanität ist auch ein politischer Fehler; er hat nicht wenig dazu beigetragen, spätere revolutionäre Krisen im voraus zu vergiften; und noch jetzt ruht deswegen verdientermaßen auf Sullas Andenken ein finsterer Schatten . . . . Dass Sulla bei seinem innerlich energischen und doch dabei gleichgültigen Wesen sehr verschieden, bald unglaublich nachsichtig, bald unerbittlich streng auftrat ist begreiflich. . . . Überhaupt geht durch sein ganzes politisches Thun eine halb ironische Leichtfertigkeit. Es ist immer als habe er eine halbe Empfindung von der Nichtigkeit und Vergänglichkeit des eigenen Werkes, als ziehe er nach Verwalterart das Ausbessern dem Einreißen und Umbauen vor und lasse sich am Ende auch mit einer leidlichen Übertünchung der Schäden genügen. Wie er nun aber war, jedenfalls war er ein Mann aus einem Gusse. Sein ganzes Leben zeugt von dem innerlichen Gleichgewichte seines Wesens; in den verschiedensten Lagen blieb Sulla unverändert derselbe.

22.

Cäsar ist vielleicht der einzige unter den Gewaltigen des Herrn, welcher im großen wie im kleinen nie nach Neigung

tione effecisse ut iis qui hominum facta ad honestatis normam iudicant, propterea quod lento animo et cogitate [5] facinora sua perpetravit, magis videretur abominandus [6] quam qui animi aliquo impetu abrepti scelera committunt [7]. Persæpe quidem iam antea acciderat ut civium capita sacrarentur, eorum percussores præmiis donarentur, ut bona publicarentur utve de seditiosis [8] ductoribus supplicium sumeretur præsens; quæ omnia, ut erant omnino antiquitatis homines in iudicandis rebus civilibus parum severi [9], in reprehensionem incurrerant tantummodo levem. Hoc vero utique erat novum et inauditum, proscribi tabulis publice fixis sacratorum nomina, capita publice proponi, certam pecuniam decerni sicariis eamque in tabulas publicas legitime referri [10], obtruncari iussu imperatoris ductorem dicto non audientem illumque coram populo profiteri se cædis auctorem.

XXI.

Sic palam illudendo humanitati Sulla etiam rei publicæ male consuluit [1]; ea enim maxime re factum est ut, cum postea status rei publicæ turbaretur, efferatis illo exemplo animis in adversarios consuleretur crudelius [2]. Quid quod illa de causa etiam nunc Sullæ memoria merito est funestissima [3]. . . . . Sulla cum animo esset et acerrimo et simul remisso ac socordi, non est quod mireris eum se præstitisse diversissimum, in alios indulgentia omnem modum excedente, in alios severitate utentem inexorabili [4]. . . . Omnino quidquid in re publica fecit levitatis quandam speciem habet, coniunctam cum quadam rerum et hominum irrisione [5]. Crederes eum in peragenda quaque re sentire quodammodo vana et caduca esse quæ conderet, et vilici instar [6] resarcire malle labentia ædificia [7] quam funditus eversa de integro exstruere ac, si res ita ferret, etiam satis habere ea quæ detrimentum cepissent aliquo modo colore obducere [8]. Sed qualiscumque fuit, utique omnia in eo erant inter se apta [9]. Nihil est in eius vita ex quo non eluceat [10] animi firma æquabilitas; per varias enim rerum vicissitudines Sulla eundem semper animi habitum servavit.

XXII.

Cæsar haud scio an solus ex iis qui ingentem a deo potentiam adepti sunt [1] eum se præstiterit ut nec in magnis nec in parvis

oder Laune, sondern ohne Ausnahme nach seiner Regentenpflicht gehandelt hat und der, wenn er auf sein Leben zurücksah, wohl falsche Berechnungen zu bedauern, aber keinen Fehltritt der Leidenschaft zu bereuen fand. Er ist vielleicht der einzige unter jenen Gewaltigen, der den staatsmännischen Takt für das Mögliche und Unmögliche bis an das Ende seiner Laufbahn sich bewahrt hat und nicht gescheitert ist an jener Aufgabe, die für großartig angelegte Naturen von allen die schwerste ist, an der Aufgabe, auf der Zinne des Erfolges dessen natürliche Schranken zu erkennen. Was möglich war hat er geleistet und um des unmöglichen Bessern willen nie das mögliche Gute unterlassen, nie es verschmäht unheilbare Übel durch Palliative wenigstens zu lindern. Aber wo er erkannte, dass das Schicksal gesprochen, hat er immer gehorcht. Alexander am Hypanis, Napoleon in Moskau kehrten um, weil sie mussten, und zürnten dem Geschicke, dass es auch seinen Lieblingen nur begrenzte Erfolge gönnt; Cäsar ist an der Themse und am Rhein freiwillig zurückgegangen und dachte auch an der Donau und am Euphrat nicht ungemessene Pläne der Weltüberwindung, sondern bloß wohlerwogene Grenzregulierungen ins Werk zu setzen.

23.

Ciceros politisches Leben wird von den Geschichtschreibern unserer Zeit im allgemeinen streng beurteilt. Ein Mann wie er, der alle Extreme zu meiden suchte, befriedigt niemanden. In England und Frankreich ist ihm noch am wenigsten übel mitgespielt worden. Hier sind die klassischen Traditionen mehr als irgendwo anders in Achtung geblieben; mitten unter so vielen Umwälzungen ist wenigstens die Kritik konservativ geblieben. Auch ist jene Nachsicht vielleicht eine Folge der größeren politischen Reife in jenen Ländern. Wenn man ein praktisches Leben mitten unter dem Treiben der Parteien geführt hat, dann begreift man eher die Opfer, welche von einem Staatsmanne die Notwendigkeit des Augenblickes fordern kann.

rebus suæ voluntati aut subitario alicui animi motui obtemperaret [2], sed in omnibus semper id faceret quod postularet salus publica [3], quique, cum perlustraret vitam superiorem [4], habuerit fortasse quod doleret rationes male initas [5], sed non cur eum pæniteret rerum præ ira [6] aut cupiditate male gestarum. Idem fortasse solus inter eximios illos viros usque ad vitæ suæ finem non desiit acerrime intellegere et quasi cum quadam sagacitate sentire in rebus publicis quid posset fieri, quid nequiret [7], nec defuit in eo quo nihil est difficilius hominibus ad maxima quæque appetenda natis [8], ut in summo felicitatis fastigio collocati [9] cognoscerent finem ab ipsa rerum natura sibi constitutum [10]. Perfecit Cæsar id quod poterat perficere, neque umquam propterea quod esset aliquid melius, quod tamen perfici non poterat, omisit id quod fieri poterat bonum [11], nec indignum existimavit [12] mala quæ sanari non poterant adhibitis lenimentis saltem obtegere. Sed ubi aliquid fato vidit decretum [13] Cæsar numquam non obœdivit. Rediit ab Hypani Alexander, Napoleo a Moscovia [14], sed necessitate uterque coactus et fremens quod fortuna ne iis quidem quos videretur adamare [15] largiretur quidquam nisi finibus circumscriptum artis [16]: Cæsar sua sponte recessit et a Tamesi [17] et a Rheno ac ne tum quidem, cum in Danuvii regiones et ad Euphraten paravit progredi, immodica de perdomando orbe consilia agitavit, sed id tantum spectavit ut imperii fines ita constitueret ut illius saluti ac rationi esset consentaneum [18].

XXIII.

Cicero quæ publice egit [1] a plerisque nostri quidem ævi rerum scriptoribus magna cum severitate iudicantur [2]. Nemini enim [3] solet placere qui, sicut ille, extrema omnia studet evitare [4]. Quamquam ab Anglis et Francogallis [5], si cum aliis compares, non adeo male [6] tractatus est. Vivit enim illic vigetque magis quam alibi etiam nunc tradita a maioribus antiquitatis æstimatio [7]; inter tot tantasque rerum omnium mutationes [8] scriptorum saltem iudicandorum ratio morem conservavit pristinum [9]. Accedit quod illic ideo fortasse [10] agunt clementius quia de rebus publicis iudicium habent multa experientia subactius [11]. Qui enim ipse medios inter partium tumultus vitæ operam dedit actuosæ [12], is facilius intelleget sæpe viros in rei publicæ administratione constitutos

Dagegen wird man zu hart gegen ihn, wenn man seine Handlungsweise nur an den starren Theorien misst, die man in der Einsamkeit erfindet und welche die Proben des Lebens nicht bestanden haben.

24.

Konstantins ganzes Streben war offenbar dahin gerichtet, die kirchlichen Parteien in der Schwebe zu halten und keiner sich bleibend hinzugeben. Er ließ sie daher abwechselnd siegen und sorgte nur immer durch kräftige Eingriffe dafür, dass man ihn und seine Macht nicht vergaß. Er sah wahrscheinlich von Anfang an, dass der Streit großenteils um des Streites willen geführt wurde und dass alles Versöhnen am unrechten Orte angebracht wäre. Hierin versahen es seine Nachfolger, weil sie selber ernstlich in den theologischen Fragen befangen waren und der von ihnen unterstützten Partei die Hände frei ließen zu Gewaltthat und Rache. Bei ihm dagegen konnte die Toleranz in religiösen Dingen als ein Grundprinzip alles Denkens und Handelns gelten; sie war nur die Äußerung seiner inneren Neutralität.

25.

Theodat war keineswegs ein Mann ohne Geist, aber es gebrach ihm an allen den Eigenschaften, deren gerade der König bedarf. Er war schwankend in seinen Entschlüssen, ohne Kraft und Mut, bei allem Ehrgeize doch des ehrlosesten Thuns fähig, weil er zu kleinlich und zu schwach war sein persönliches Wünschen und Behagen aufgehen zu lassen in den größeren Forderungen der gemeinen Wohlfahrt. In einem durch die Waffen geschaffenen und noch immer fast allein durch die Wehrhaftigkeit des Volkes getragenen Staate verstand er vom Kriegswesen nichts; statt dessen spielte er den Gelehrten, vertiefte sich in die überschwengliche Weisheit, welche eine spätere Zeit über der Philosophie Platons ausgebrütet hatte, und wusste mitzureden in den theologischen Streitigkeiten, welche die Menschen

præsentium rerum statu cogi ut posthabita sua voluntate sequantur necessaria [13]. Asperius [14] autem iudicabit quicumque illorum virorum facta metietur tantummodo rigidis quibusdam præceptis [15], quæ cum inventa sint in otio ac solitudine [16], vitæ usu nondum sunt comprobata.

XXIV.

Constantinum apparet summa ope eo esse nisum [1] ut partes in ecclesia [2] inter se decertantes suspensas teneret neve ulli se manciparet [3]. Quare aliam post aliam passus vincere [4] id tantummodo graviter se subinde interponendo [5] cavebat ne umquam sui suæque potentiæ fierent immemores [6]. Est enim credibile [7] eum statim ab initio intellexisse certare plerosque certandi studio ductos [8] neque quidquam esse acturum qui certantes conaretur inter se reconciliare [9]. Qua in re secus iudicabant qui post eum regnaverunt [10]. Cum enim ipsi institutis de numine divino quæstionibus serio essent capti [11], ei parti a qua stabant ipsi liberam dabant potestatem et inferendi adversariis iniurias et acceptas violenter ulciscendi [12]. Sed Constantinus videri poterat hanc sibi summam et in sentiendo et in agendo legem fixisse [13], ut diversissimas de sacris rebus opiniones eadem cum patientia toleraret [14]; manabat enim hæc lenitas ex eius animo ad nullam istarum partium inclinato [15].

XXV.

Theodahato quamvis non deesset aliquantum ingenii [1], at deerant eæ virtutes omnes quibus reges maxime indigent. Erat enim in capiendis consiliis inconstans, in perficiendis ignavus ac timidus, et cum famam hominum captaret avidissime, tamen is qui res posset patrare [2] vel summam afferentes infamiam, quia animus eius pusillus et infirmus nequibat [3] eo se erigere ut suam voluntatem suæque vitæ commoditatem submitteret [4] gravioribus quas communis omnium salus fert rationibus. Idem cum præesset rei publicæ armis quondam conditæ atque etiam tum in solis pæne civium armis ac dextris [5] positæ, ipse rei militaris erat ignarus; ac doctrinæ potius laudem affectans incumbebat [6] in insanas illas argutias quæ posteriore ævo ex Platonis philosophia pullulaverant [7], ac suum quoque iudicium poterat interponere illis controversiis quas de rebus

jener Tage beschäftigten. In keine geschickteren Hände hätten die Zügel der Regierung gelegt werden können, um den Staat des großen Theoderich zu Grunde zu richten.

26.

Des Dionysius Pragmatismus ist um so störender, weil ihm ein richtiger Begriff der alten römischen Verfassung fehlt. Er hat zwar, wie man deutlich sieht, über das System dieser Verfassung nachgedacht und giebt sich redlich Mühe, die Entstehung ihrer Faktoren und das Spiel ihrer Institutionen sich und anderen klar zu machen. Aber dieses Bestreben musste doch notwendig erfolglos bleiben, da er dabei von ganz falschen staatsrechtlichen Voraussetzungen ausging. Zu diesen falschen Voraussetzungen gehört namentlich seine Ansicht von den Kurien, die er für eine Einteilung der Gesamtnation hält, sowie seine Vorstellung von den Centuriat-Komitien, die ihm die aristokratischen Volksversammlungen sind, während er in den Kuriat-Komitien die demokratischen sieht. Dass ihm bei diesen Voraussetzungen die ganze Entwickelungsgeschichte der alten Verfassung ein unverstandenes Rätsel bleiben musste liegt auf der Hand.

27.

Für den Leser von Sallusts Schriften bleibt es zu bedauern, dass er seiner Zeit nicht ganz rein und unbefangen gegenüberstand und bei Beendigung der Arbeit nicht von sich sagen konnte was er dem Cato in den Mund legt (C. 52, 8): »qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini male facta condonabam«. Denn dieses Verhältnis ist nicht ohne Einfluss auf seine Darstellung geblieben. Es spricht sich darin nicht immer die dem reinen Gemüte eigene ruhige Würde aus, sondern oft etwas Gewaltsames und Hartes, öfters weniger natürliche Derbheit und Lebhaftigkeit des Gefühls als berechnete Nachdrücklichkeit, weniger sittliche Entrüstung als Gereiztheit. Wenn man aber diese aus der Gemütsstellung hervorgehende Färbung wegdenkt, so bleibt eine so große Fülle von objektiver, kernhafter Wahrheit darin übrig, dass jeder, der die sorgfältig erwogenen Ausdrücke ge-

divinis habere solebant [8] istius ævi homines. Quare conditum a Theoderico Magno imperium si quis voluisset pessum dari, aptiori ad hoc perficiendum rei publicæ gubernacula non potuit tradere.

XXVI.

Dionysius quod narratis a se rebus suum solet iudicium immiscere iisque [1] uti ad docendum, ideo legentibus est iniucundius [2] quia de prisca Romanorum re publica [3] imaginem animo concepit haud sane rectam. Hoc [4] quidem manifesto apparet, cogitasse [5] eum de ratione ac nexu horum institutorum [6] seduloque laborare ut unde singula sint orta, quem quodque locum teneat quamve vim habeat [7] et ipse intellegat et aliis demonstret. Sed hanc operam necesse erat frustra impendi [8] propterea quod eæ unde proficiscebatur de iure publico opiniones erant falsissimæ [9]. Quorum in numero errorum præcipue [10] est quod curiis putat contineri [11] populum universum quodque centuriata comitia opinatur fuisse patriciorum concilia, curiata conventus plebis. Luce autem clarius est eum qui his opinionibus teneretur [12] nullo pacto potuisse intellegere [13] quomodo prisca Romanorum res publica ab his initiis profecta paulatim ad eam quam postea habuit formam esset progressa [14].

XXVII.

Sallustii scripta legentibus hoc semper erit dolendum quod rerum ille [1] sua ætate actarum non erat plane sincerus aut incorruptus arbiter [2] nec opere absoluto de semet ipse potuit prædicare quod Catonem facit dicentem [3]: »qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini male facta condonabam«. Redundavit enim inde [4] nonnihil in ipsam eius narrationem [5], utpote quæ non omnibus locis præ se ferat placidam [6] illam gravitatem quæ integri animi [7] est propria, sed sæpe violenti aliquid ac duri [8] sæpiusque non tam naturalem quandam asperitatem sentiendique ardorem [9] quam arte quæsitum verborum pondus [10], non tam probi animi indignationem [11] quam saucii acerbitatem [12]. Sed tolle hunc quem traxit ex ea animi affectione [13] orationis colorem, et remanebit tibi tanta indubitatæ solidæque veritatis copia [14] ut, quicumque verba diligentissime ponderata ipse quoque ita ut par est examinaverit, admiretur eximiam

hörig nachwägt, über die bewunderungswürdige Tiefe und Richtigkeit der Beobachtung erstaunt. Diese Fähigkeit hätte sich unmöglich in solcher Kraft erhalten können, wenn durch den Sturm der Leidenschaft die Blüte seines Geistes und Herzens zerknickt worden wäre. Sicherlich stählte sich sein sittlicher Wille mit den Jahren: er sank nicht herab sondern erhob sich. Wir aber haben den Mann der Vergangenheit nicht nach dem zu richten was er einmal gewesen, sondern nach dem was er geworden war.

28.

Wir erwarteten von Napoleons III Leben Cäsars eine Verteidigung des Cäsarismus, wir erwarteten, wie gering die Ähnlichkeit zwischen seinem Leben und dem seines Helden sein mag und wie verschieden die politische Berechtigung des beiderseitigen Erfolges, doch eine interessante und fesselnde Apologie, scharfen Einblick in die geheimen Motive der Handelnden, ein festes Urteil über gewagte Thaten, eine warme Verteidigung der hohen Tendenzen, welche einen kühnen Geist zum Brecher bestehenden Rechtes machen, und deren segensreiche Anwendung, wie man sagt, vergossenes Bürgerblut zu sühnen vermag. Man durfte ihm zutrauen, dass er in seinem eigenen Leben die Gewissenskämpfe kennen gelernt, welche einem ungeheuren Wagnisse vorangehen, dass er die Bitterkeit tief empfunden habe, ein hohes Ziel auf Schleichwegen, durch Verrat, Korruption und unwürdige Genossen zu erreichen, dass er selbst in schweren Stunden Trost und Festigkeit in der Überzeugung gesucht, wie der Endzweck eines großen Ehrgeizigen mit dem Glücke von Millionen zusammenfalle. Man durfte annehmen, dass er selbst erfahren, wie dämonisch der ehrgeizige Wunsch in der Seele eines Mannes arbeitet und wie er zum Fanatismus werden kann, der den Menschen aus Gefahren und Niederlagen immer wieder erhebt, und der auch ein reizbares Nervenleben unempfindlich macht gegen Unthaten und Ströme von Menschenblut. Sicher hatte sein eigenes Leben ihm auch Gelegenheit gegeben, anderen begehrlichen und leidenschaftlichen

viri in observandis rebus humanis aciem et subtilitatem [15]. Quam virtutem nullo pacto sibi potuisset servare tam validam [16], si cupiditatum procellis [17] ingenii animique quasi flores ei essent infracti. Immo vero firmiores sine dubio vires progrediente ætate in eo assumebat studium honesti, nec delapsus est sed sese erexit [18]. Nos autem pristini ævi virum non ex eo æquum est iudicare quod aliquando fuit, sed ex eo quod factus [19] erat postremo. *

XXVIII.

Napoleonem III putabamus eo libro quem de Cæsaris rebus conscriberet defensurum esse universam illam imperandi rationem cuius Cæsar exstitit auctor [1], et quamvis exigua intercederet similitudo inter ipsius scriptoris acta et viri ab eo collaudati nec pari uterque iure dissolvisset eam quam traditam acceperat rei publicæ formam, tamen putabamus defensurum esse ita ut legentium animi commoverentur ac tenerentur [2], occultæ hominum in rebus agendis voluntates acute exponerentur [3], audacter perpetrata certo iudicio æstimarentur, summo denique cum studio defenderentur grandia illa consilia quibus audacioris ingenii viri ad evertendas leges a maioribus acceptas [4] impelluntur quæque si cum magna hominum utilitate perficiantur, expiari posse dicunt civium cædem [5]. Erat sane cur eum putaremus expertum esse ipsum quibus animi cruciatibus vexarentur viri ingentia molientes [6], penitusque eum sensisse quam esset acerbum ad splendidum aliquem finem non perveniri nisi per furta fraudesque [7], proditione corrumpendisque hominibus et adhibitis sociis nefariis; et ipsum quoque nonnumquam, cum premeretur rerum angustiis, solacium constantiamque ita sibi parasse ut in animum sibi induceret, eo quod vellet vir aliquis summæ gloriæ cupidus contineri innumerorum [8] hominum salutem. Erat porro cur illum putaremus [9] expertum esse ipsum, regnandi cupido ubi semel intravit [10] in animum, præcipitem agi hominem sui vix compotem [11] ac facile propelli in quendam furorem, quo ille inflammatus [12] imminentia pericula non curet nullisque acceptis cladibus afflictus emergat semper ac se colligat, et, quamvis molle ceteroqui habeat ingenium, obdurescat vel contra facinora et innumerorum hominum cædem [13]. Nec est dubium quin per suæ

Naturen in das Herz zu sehen, er hat in den Wechselfällen früherer Jahre mehr als einen Waghals kennen gelernt, der dem Catilina so ähnlich war als moderne Laster den antiken sind, es fehlt wohl auch in seiner Nähe nicht an Gestalten, die mit Cicero, und auch nicht ganz an solchen, welche mit dem doktrinären Cato Ähnlichkeit haben . . . . ., aber sehr befremdlich ist, dass man von solcher Energie der leitenden Ideen, von Kunde des Menschenherzens, von einer Kritik über politische Thaten und ihre Motive wenig in dem Buche findet. Fast überall wo wir sein eigenes, originelles Urteil erwarten, rauscht misstönend das welke Laub der Phrasen, gerade da ist das Seichte, Unklare und Banale in der Auffassung peinlich.

29.

Wer mit empfänglichem Gefühle sich in die Formenwelt der griechischen Grabdarstellungen einlebt, wird nicht ohne tiefen, persönlich erhebenden Eindruck von ihr scheiden. Die milde Hoheit, welche unzerstörbar selbst aus ihren Bruchstücken entgegenspricht, beruht durchaus auf ihrer reinen Idealität. In heiterem Schmucke, welcher der Farbenpracht des Südens entlehnt ist und harmonisch zu ihr stimmt, stehen sie da, nicht als Monumente der Trauer, sondern wie festliche Denkmale. Wie die Wirklichkeit unter dem verdienten Banne der Zerstörung steht, so hat für den Griechen allein die Schönheit das Anrecht auf Verewigung; und nur das schöne Bild soll der Erinnerung dienen. Es sind nicht leibhaftige Menschen mit allen Zufälligkeiten ihres Daseins, welche dargestellt werden, sondern poetisch empfundene Bilder, deren Wirkung weit hinausgreift über die gewöhnlichen Interessen. Freilich scheint die Harmonie hergestellt nicht durch Lösung des Problems, sondern durch seine Umgehung.

vitæ decursum aliorum quoque hominum cupiditatibus flagrantium mentes potuerit pernoscere [14] ac per varios superiorum annorum casus non unum cognoverit hominem temerarium, qui Catilinæ tam [15] fuerit similis quam nostræ ætatis vitia sunt antiquis; nec deesse credas inter eos qui circa illum sunt viros qualis erat Cicero [16], et fortasse ne tales quidem qui Catonis imaginem referant ad certam rationis normam omnia revocantis [17]. Quo magis est mirum [18] perpauca deprehendi in illo libro quæ scriptorem ostendant gravibus consiliis omnia metientem [19], hominum ingenia perspicientem, quid quisque in re publica fecerit [20] quibusve causis ductus subtiliter diiudicantem. Immo vero pæne omnibus locis ubi [21] auctorem exspectamus suo iudicio usum aliquid peculiare esse prolaturum [22], ibi maxime sola verba occurrunt absonum quoddam strepentia [23] foliorum instar humi delapsorum, ibique maxime offendimur exilitate, obscuritate tractationis intra vulgarium rerum orbem sese continentis [24].

XXIX.

Si quis diligentius versatus erit in cognoscendis variis illis imaginibus ac formis quæ Græcorum in sepulcris sunt exhibitæ [1], is, modo sensum habeat ad percipiendas has res apertum, non recedet ab iis nisi commoto vehementer animo et ad altius aliquod erecto. Placida illa maiestas [2], quæ nullis temporum iniuriis exstincta vel ex laceris earum reliquiis elucet [3], in eo maxime sita est quod non de medio sunt desumptæ, sed ex mera cogitatione conceptæ. Lætum in modum stant exornatæ, colorum referentes illum splendorem meridianarum regionum proprium cumque eo egregie congruentes, nec lugentium videntur esse, sed monumenta aliqua festa [4]. Ut enim res ipsæ interitus necessitate tenentur iusta [5], ita solam pulchritudinis speciem Græci intellegebant esse dignam quæ immortalitati traderetur [6], nec alia nisi pulchra effigie conservandam esse defunctorum memoriam [7]. Itaque effingebatur non ea hominis figura quæ vivi fuerat permultis rebus fortuitis insignita [8], sed simulacra ex ipsius pulchri sensu progenita [9], quorum vis multo latius patet quam ad vulgaria hominum studia [10]. Quamquam id nequit negari diversas rationes non ita videri inter se coniunctas ut tolleretur earum repugnantia, sed ut declinaretur [11].

30.

Homer ward vor alters unstreitig fleißiger gelesen als jetzt. Dennoch findet man so gar viele Gemälde nicht erwähnt, welche die alten Künstler aus ihm gezogen hätten. Nur den Fingerzeig des Dichters auf besondere körperliche Schönheiten scheinen sie fleißig genützt zu haben; diese malten sie, und in diesen Gegenständen, fühlten sie wohl, war es ihnen allein vergönnt mit dem Dichter wetteifern zu wollen. Außer der Helena hatte Zeuxis auch die Penelope gemalt, und des Apelles Diana war die homerische in Begleitung ihrer Nymphen. Handlungen aber aus dem Homer zu malen, bloß weil sie Stoff für malerische Effekte darbieten, schien der alten Artisten Geschmack nicht zu sein, und konnte es nicht sein, so lange die Kunst sich noch in den engen Grenzen ihrer höchsten Bestimmung hielt. Sie nährten sich dafür mit dem Geiste des Dichters, sie füllten ihre Einbildungskraft mit seinen erhabensten Zügen, das Feuer seines Enthusiasmus entflammte den ihrigen, sie sahen und empfanden wie er; und so wurden ihre Werke Abdrücke der homerischen, nicht in dem Verhältnis eines Porträts zu seinem Originale, sondern in dem Verhältnis eines Sohnes zu seinem Vater, — ähnlich, aber verschieden.

31.

Beim ersten Lesen eines Schriftstellers bekommt man von demselben nur ein allgemeines Bild, nicht aber lernt man seine Eigentümlichkeit gründlich kennen; es ist unmöglich, alle Punkte, die für ihn charakteristisch sind und welche ihn von anderen unterscheiden, zu erfassen, man kann nur die bedeutsamsten sich bemerken. Die Zahl dieser Punkte wächst bei Wiederholung der Lektüre, und je häufiger dieselbe vorgenommen wird, desto tiefer dringt man in den Geist des Schriftstellers ein. Dies Ziel zu erreichen ist bei Homer besonders nötig, nicht allein aus dem Grunde, weil er den übrigen Schriftstellern allen mehr oder weniger als Quelle gedient hat und die ganze griechische Sprache in ihm wurzelt, sondern auch, was die Hauptsache ist, weil seine Lektüre an jene Natürlichkeit gewöhnt, welche die Grundlage bildet von echter und tiefer Wissenschaft. Denn an

XXX.

war er mit den meisten alten und englischen Klassikern. Die Namen aller Päpste bis auf Pius IX herunter, nicht minder alle Erzbischöfe von Canterbury von der Gründung dieses Erzbistums an und sämtliche Kanzler und Minister der englischen Geschichte zählte er an den Fingern her. Kurz, die ganze Weltgeschichte war ihm lebendige Gegenwart, sein Gedächtnis ein unerschöpfliches Schatzhaus, und alles, was er darin suchte, zu augenblicklichem Gebrauche bereit. Dabei war seine mündliche Unterhaltung, in welcher er diesen Reichtum ausschüttete, frei von aller Eitelkeit, und seine unvergleichliche Gabe des Wortes machte ihn zu einem der angenehmsten Gesellschafter. Er wäre als solcher vollkommen gewesen, hätte er sich etwas mehr darauf verstanden auch die andern anzuhören; aber wer verlangte zu reden, wenn Macaulay da war?«

48.

Byrons Lebensende war von tief tragischem Verhängnis. Der Entschluss des vielverworfenen, vielgefeierten Mannes, sich für Griechenlands Sache zu opfern, hatte ihn zu der edelsten Handlung, vielleicht zu der einzigen edlen Handlung seines Lebens geleitet, und dieser schönste Akt seines Daseins musste der letzte sein und unvollendet unterbrochen werden, da er gerade als ein ganz anderer Spieler aufzutreten begann. Aus dem schweifenden Phantasieleben in das wirkliche überschreitend hatte er die romantische Poetennatur ganz von sich abgestreift. Sein alkibiadischer Charakter schien plötzlich eine ganz andere Stählung zu erhalten, als er die Wirksamkeit in der handelnden Welt erwählte. Früher, in seiner Heimat, hatte er den Drang in sie thätig einzugreifen oft verraten, aber die Fähigkeit diesem Berufe zu genügen hatte ihm zu mangeln geschienen. Hier aber, in diesem Wildlingsleben, sprang diese Ader in ihm auf wie ein frischer, gesunder Quell. Von dem ersten Augenblicke seines neuen, thätigen Berufes an war sein Wirken und Wollen untadelig. . . . Mitten in das Parteigewirre und die Kriegsbarbarei hineingetreten hatte er sich den Grundsatz gebildet, sich für keine Partei zu erklären und keine ihrer Unthaten zu teilen, und diese Entschlüsse führte er redlich durch. Überallhin er-

scriptorum qui putantur esse præstantissimi, et antiquorum et Anglicorum. Omnium idem pontificum Romanorum nomina a primo usque ad [8] Pium nonum omnesque archiepiscopos Cantuarienses [9] inde a condita hac sede episcopali [10] et quicumque in Anglorum rebus memorantur cancellarii summique regum ministri, hos cunctos digitis enumerabat. Quid multa? quidquid umquam inter homines gestum est huius menti obversabatur [11] non secus atque ante ipsos eius oculos acta, eiusque memoria thesauri [12] instar erat copiosissimi, qui quidquid inde petebat quolibet temporis puncto suppeditaret ad utendum [13]. Accedebat quod eius sermones, in quibus hanc rerum copiam solebat effundere, alieni erant ab omni eruditionis iactatione [14]; et cum facundia esset incredibili, haud facile quisquam eo erat iucundior in consuetudine. Qua in re nihil fuisset quod quisquam desideraret [15], si alios quoque audire paulo magis potuisset [16]; sed quis cupiebat loqui præsente Maccolæo?

XLVIII.

Bironis vitæ exitus fatale aliquid habuit et commiseratione dignissimum [1]. Nam ille vir multum vituperatus multumque laudatus [2] cum omnia pati decrevisset [3] pro Græcorum causa, quo consilium nullum per totam vitam cepit honestius [4], si modo cepit aliud honestum, in fatis erat ut [5] hoc pulcherrimum eius facinus esset supremum imperfectumque relinqueretur [6] tum maxime cum iam novam prorsus personam agere cœpisset. Ex vaga enim illa fictarum imaginum sectatione transgressus ad veras vitæ condiciones [7] propriam poetarum inconstantiam ingeniique luxuriam ac licentiam exuerat omnem. Indoles eius antea Alcibiadis simillima repente insolitum quoddam robur videbatur esse nacta ex quo res publicas seriasque tractare statuerat [8]. Priore tempore [9], cum esset in patria, voluntatem quidem illa negotia capessendi haud raro ostenderat, sed deesse ei videbatur eorum tractandorum facultas [10]. Tum vero cum versaretur inter genus hominum agreste ac simplex [11], subito apparuit [12] in eo illa facultas velut fons aliqui frigidus ac salubris. Ex eo inde tempore quo novum vitæ iter ingressus [13] publicas res tractare cœpit nihil ille aut fecit aut voluit quod posses reprehendere. . . . . In medias factionum turbas bellique atrocitatem illatus cum hoc sibi proposuisset [14] ne cui parti se manciparet aut ullius facinoribus se pollueret, maxima cum fide tenuit hanc volun-

mahnte er zu Eintracht und Frieden, überallhin suchte er Milde und Einsicht zu predigen, und ergriff jeden Anlass zum Loskauf von Gefangenen, um dem Kriege seinen wilden Charakter zu nehmen. . . . Aber die neidische Moira schnitt seinen Lebensfaden entzwei; sie gönnte dem Griechenvolke keinen leichteren Kaufpreis für seine Befreiung.

49.

Die tiefste Anziehungskraft des Briefwechsels zwischen Friedrich dem Großen und Voltaire liegt in den innern Wandelungen, welche darin das Verhältnis der beiden Männer erfährt. Der Anfang gleicht einem schönen Morgen: der vierundzwanzigjährige Prinz, voll Kraftgefühls und Bildungsdranges, der aber alles was in ihm ist, erst künftig noch zu bewähren hat, kommt dem zweiundvierzigjährigen, längst weltberühmten Schriftsteller mit der wärmsten Huldigung entgegen, die von diesem gewandt und anmutig, mit freundlicher Zuvorkommenheit erwidert wird. Einzelne Vorzeichen möglicher Trübung des schönen Verhältnisses fehlen während der folgenden Jahre zwar nicht; doch erst als Voltaire zu bleibendem Aufenthalt an Friedrichs Hof gekommen ist, ergeben sich ernste Verwickelungen, die Anziehung schlägt mit einemmale in Abstoßung um, der Briefwechsel hört auf, und aus den Äußerungen beider Teile in Briefen an dritte Personen spricht eine Erbitterung, die das Verhältnis als unwiederbringlich vernichtet erscheinen lässt. Und doch ist es das nicht: aus der Asche zucken erst nur einzelne Funken des erloschenen Anteils auf, die sich langsam und stufenweise, zwar nicht mehr zur himmelan lodernden Opferflamme von ehemals, aber doch zum stätigen Herdfeuer entzünden, das den fröstelnden Lebensabend der beiden Männer wohlthätig erwärmt.

50.

Das lyrische Fach, das Du mir anweisest, sehe ich eher für ein Exil als für eine eroberte Provinz an. Es ist das kleinlichste und auch undankbarste unter allen. Zuweilen ein Gedicht, lasse ich mir gefallen, was aber darüber ist, ist vom

tatem [15]. Quemcumque poterat exhortabatur [16] ad servandam concordiam et tranquillitatem revocabatque ad clementiam et sanam mentem, neque ullam prætermisit redimendorum captivorum occasionem, ut minueret belli immanitatem [17]. . . . . Sed præcidit fati iniquitas vitæ spatium ei concessum [18]; noluit enim minoris constare Græcorum populo suam libertatem [19].

IL.

Litteræ inter Fridericum Magnum et Voltarium mutuo missæ [1] hanc maxime præbent delectationem [2] ut quæ amborum virorum in coniunctione evenerint animorum mutationes [3] ex iis perspiciatur. Initium [4] simile est matutini temporis amœnitati [5]: adulescens regius tum annum agens quintum et vicesimum suarumque virium conscius, et optimarum artium studio flagrans, sed cui quidquid in eo inest [6] futuro demum tempore sit comprobandum, prior alloquitur scriptorem quadraginta duos annos natum editisque libris iam pridem clarissimum [7], summam eius admirationem præ se ferens [8], ad quæ rescribit hic sollerter ac lepide et cum comi urbanitate. Insequentes per annos non desunt quidem unde [9] iam tum colligas posse fieri ut aliquando turbetur suavissima virorum coniunctio; sed graves dissensiones tum demum oriuntur cum Voltarius in ipsam Friderici regiam transmigravit, sedem suam ibi collocaturus perpetuam. Iam propensus utriusque in alterum animus subito vertitur in ~~ab~~alienationem [10], cessat epistularum commercium [11], ex litteris autem ab utroque ad alios missis tanta elucet animorum acerbitas [12] ut eorum amicitiam in omne tempus credas dissolutam [13]. Nec tamen ita res cecidit [14]: emergunt enim [15] paulatim, velut e cinere scintillæ, sic rara primum documenta voluntatis mutuæ nondum penitus exstinctæ [16]: quæ lente et gradatim augentur, non ita quidem ut ignis aliqui sicut olim exsistat qualis in aris exsurgit ad cælum [17], sed perpetuus tamen aliqui ut in foco [18], quo utrique viro senectutis frigus iucunde mitigetur [19].

L.

In lyrico genere, in quod tu me delegas, magis exsulare mihi videor quam provinciam tenere meo labore partam. Est enim omnium et exilissimum et ingratissimum [1]. Interdum componere carmen haud detrecto, sed quod supra, malum est. In scænico

Übel. Mit dem dramatischen will ich es noch auf mehrere Versuche ankommen lassen. Aber mit Göthe messe ich mich nicht, wenn er seine ganze Kraft anwenden will. Er hat weit mehr Genie als ich, und dabei weit mehr Reichtum an Kenntnissen, eine sichere Sinnlichkeit, und zu allem diesem einen durch Kunstkenntnis aller Art geläuterten und verfeinerten Kunstsinn, was mir in einem Grade, der ganz und gar bis zur Unwissenheit geht, mangelt. Hätte ich nicht einige andere Talente, und hätte ich nicht soviel Feinheit gehabt diese Talente und Fertigkeiten in das Gebiet des Drama hinüberzuziehen, so würde ich in diesem Fache gar nicht neben ihm sichtbar geworden sein. Aber ich habe mir eigentlich ein eigenes Drama nach meinem Talente gebildet, welches mir eine gewisse *excellence* darin gibt, eben weil es mir eigen ist. Will ich in das natürliche Drama einlenken, so fühle ich die Überlegenheit, die er und viele andere Dichter aus der vorigen Zeit über mich haben. Deswegen lasse ich mich aber nicht abschrecken; denn eben je mehr ich empfinde, wie viele und welche Talente und Erfordernisse mir fehlen, desto lebhafter überzeuge ich mich von der Realität und Stärke desjenigen Talentes, welches jenes Mangels ungeachtet mich so weit gebracht hat als ich schon bin. Denn ohne ein großes Talent von der einen Seite hätte ich einen so großen Mangel von der anderen nicht soweit bedecken können als geschehen ist. . . . . Mit dieser Kraft muss ich doch etwas machen können, das mich soweit führt, ein Kunstwerk von mir neben eines von den seinigen zu stellen.

51.

In manchfachen Formen kehrt in U h l a n d s Gedichten ein Idealbild wieder, der streitbare Sänger; mag der Dichter den Normannen singend und die schweren Schwerter schleudernd vor dem Eroberer reiten lassen, mag er Äschylos und Dante preisen, weil sie für Freiheit und Vaterland gesungen und gestritten, oder Körners Schatten heraufbeschwören zu zorniger Mahnung an die Überlebenden. In friedlichem, aber nicht minder ernstem Kampfe hat er selber sich diesen »Sängern und Helden« gesellt. Heute sehen wir Deutsche kaum noch etwas Auffälliges in dieser Verkettung bürgerlichen und künstlerischen

autem amplius vires experiar, sed cum Gœthio non contendam [2], si totis suis viribus volet uti. Longe enim me vincit ingenio, idemque multo plurium rerum habet cognitionem et eorum quæ sub sensus cadunt perceptionem acriorem certioremque, ac præter hæc omnia in existimandis artibus subtilitatem [3] iudicii plurimarum artium scientia [4] excultam et perpolitam, quæ mihi adeo desunt ut eorum videar esse plane rudis. Quare nisi mihi essent aliæ quædam virtutes eamque ipse habuissem calliditatem ut illas facultates ac virtutes transferrem ad conficiendas fabulas, in hoc genere præ illius fulgore [5] ego non potuissem apparere. Sed ipse mihi, ut verum dicam, quasi peculiare fabularum genus conformavi, meo ingenio accommodatum, in quo quoniam mihi est proprium quandam habeo δεινότητα. In vulgare [6] genus ac simplex si conor deflectere, quantopere et ille et alii multi prioris ætatis poetæ me sint superiores intellego. Nec tamen ea re deterreor; quo enim magis sentio quot quantæque facultates ac res quæ videntur esse necessariæ mihi desint, eo clarius perspicio et esse et multum valere illam facultatem quæ quamquam istis carentem [7] eo me evexit quo iam perveni [8]. Nam nisi haberem magnam aliquam facultatem qua resarciretur tanta ingenii penuria [9], non potuissem sane hanc ita tegere ut texi. . . . . Qua virtute utentem confido me posse aliquid perficere quo assequar ut mea arte compositum opus par [10] iudicetur esse operi quod ex illius ingenio est profectum.

LI.

Varias per formas Uhlandi in carminibus effingitur imago quædam, quam putes illi videri perfectissimam [1], vatis ad pugnandum parati [2], sive Normannum canentem iactantemque [3] graves gladios poeta facit equitantem ante ducem expugnatorem, sive Æschylum Dantemque prædicat quod pro libertate ac patria et cecinerint et pugnarint [4], sive Kœrneri umbram ab inferis evocat [5] ut vivos moneat indignabunda [6]. Quibus viris et carminum laude et animi fortitudine insignibus ipse quoque se aggregavit pugnans ille quidem incruento certamine neque tamen minus acri [7]. Nostro quidem tempore vix cuiquam videtur mirum si quis ut ille boni

Ruhmes; jenes Geschlecht von Dichtern aber war bei uns das erste, welches die sittliche Bedeutung der Staatsfragen begriff und dies in Thaten bewährte. »Wenn die deutsche Dichtkunst wahrhaft national werden soll«, schrieb Uhland einmal, »so können ihre Vertreter nicht auf historische oder idyllische Stoffe beschränkt sein; jede Frage der Gegenwart, wenn sie das Herz bewegt, muss einer würdigen Behandlung offen stehen.«

52.

Wenn Humboldt, trotz der Schwierigkeit der Gegenstände, die er behandelt, einen Platz im Herzen des Volkes inne hat, so hat ihm dazu nicht am wenigsten seine schriftstellerische Kunst verholfen. Er wollte nicht allein den Gelehrten durch Klarheit und Gründlichkeit befriedigen, sondern auch das Gemüt des Lesers erheben und der Würde seines Gegenstandes gerecht werden. Seine Schriften bezeugen es, dass er überall die Forderung an sich stellte, die er in einem Briefe so aussprach: »Dem Rednerischen muss das einfach und wissenschaftlich Beschreibende immerfort gemischt sein. So ist die Natur selbst. Die funkelnden Sterne erfreuen und begeistern, und doch kreist am Himmelsgewölbe alles in mathematischen Figuren. Die Hauptsache ist, dass der Ausdruck immer edel bleibe, dann fehlt der Eindruck von der Größe der Natur nicht.« Wahr und schön, wissenschaftlich und mit Empfindung wollte Humboldt die Natur schildern, und oft hat er von ihr so anziehend gesprochen wie Winckelmann von der Kunst.

53.

Während in der südamerikanischen Steppe Tiger und Krokodil mit Pferden und Rindern kämpfen, so sehen wir an ihrem waldigen Ufer, in den Wildnissen der Guyana, ewig den Menschen gegen den Menschen gerüstet. Mit unnatürlicher Begier trinken hier einzelne Völkerstämme das ausgesogene Blut

civis idemque egregii poetæ laudem in se habet coniunctam [8], sed illa poetarum ætas inter nos prima intellexit permultum pertinere ad mores qualem se quisque præstaret in rebus publicis [9], et rebus gestis id comprobavit. Sic Uhlandius quidem in quadam epistula hæce scripsit: »Hoc si studemus assequi ut Germanorum poesis populi in mentibus veras vires capiat [10], non potest fieri ut eius scriptoribus nihil liceat canere nisi res olim gestas aut pacatas tranquillasque [11], immo quidquid æqualium animos commovet, id pateat oportet cum gravitate tractaturis« [12].

LII.

Humboldtius quod, cum res tractaret difficillimas, tamen apud populum haud parum habet commendationis [1], non minima hoc ex parte effectum est ea qua pollebat scribendi arte [2]. Id enim agebat ut non doctis [3] solum probaretur scriptorum perspicuitate ac diligentia [4], sed ceterorum quoque qui ea essent lecturi animos extolleret [5] rerumque tractatarum dignitatem assequeretur [6]. Documento sunt illius libri numquam non eum secutum esse [7] istam legem quam in quadam epistula statuit verbis hisce: »Oratorio, inquit, generi [8] semper oportet esse admixtam describendi rationem simplicem ac doctam [9]. Eadem enim est ipsius naturæ ratio [10]. Micantes miro fulgore stellæ delectant intuentium animos summaque admiratione inflammant, quamquam quidquid in cælo movetur orbes conficit certissimos [11], quos ratiocinando possis consequi. Hoc ante omnia est spectandum ne oratio umquam discedat a gravitate [12]; quod si fiet, etiam legentium animi naturæ amplitudinem aliquo modo percipient« [13]. Cum igitur id ageret Humboldtius ut naturam cum vere describeret tum pulchre [14], et secundum scientiæ præcepta et cum rerum sensu, haud raro ei contigit ut de ea tam venuste verba faceret [15] quam de artibus Vinckelmannus.

LIII.

In vastis Americæ meridianæ campis cum tigridem crocodilumque videamus belligerantem cum equis bubusque, in saltuosis eorum partibus extremis, in aviis Guyanæ solitudinibus, hominis adversus hominem sempiternum est bellum [1]. Nefanda cum aviditate gentes quædam harum regionum accolæ aliæ exsuctum

ihrer Feinde; andere würgen, scheinbar waffenlos und doch zum Morde vorbereitet, mit vergiftetem Daumnagel. Die schwächeren Horden, wenn sie das sandige Ufer betreten, vertilgen sorgsam mit den Händen die Spur ihrer schüchternen Tritte. So bereitet der Mensch auf der untersten Stufe tierischer Roheit, so im Scheinglanze seiner höheren Bildung sich stets ein mühevolles Leben. So verfolgt den Wanderer über den weiten Erdkreis, über Meer und Land, wie den Geschichtsforscher durch alle Jahrhunderte, das einförmige, trostlose Bild des entzweiten Geschlechtes. Darum versenkt, wer im ungeschlichteten Zwiste der Völker nach geistiger Ruhe strebt, gerne den Blick in das stille Leben der Pflanzen und in der heiligen Naturkraft inneres Wirken; oder, hingegeben dem angestammten Triebe, der seit Jahrtausenden der Menschen Brust durchglüht, blickt er ahnungsvoll aufwärts zu den hohen Gestirnen, welche in ungestörtem Einklange die alte, ewige Bahn vollenden.

54.

Unser Urteil über einen Charakter hängt stets sehr davon ab, wie er auf unsere Interessen und Neigungen wirkt. Wir finden es schwer, von denen, die uns entgegenhandeln oder uns unterdrücken, eine gute Meinung zu haben, und sind dagegen gerne bereit jede Entschuldigung für die Fehler derer, die uns nützlich oder angenehm sind, gelten zu lassen. Dies ist wohl eine von den Illusionen, denen das ganze menschliche Geschlecht unterworfen ist und welche Erfahrung und Reflexion nur teilweise beseitigen kann. Daher kommt es, dass der moralische Charakter ausgezeichneter Männer der Kunst und Wissenschaft oft schon von Zeitgenossen und fast immer von späteren Zeiten mit außerordentlicher Zärtlichkeit behandelt wird. Die Welt zieht Freuden und Genüsse aus den Werken eines solchen Mannes. Die Zahl derer, welche durch seine persönlichen Fehler leiden, ist gering, selbst während seiner Zeit, im Vergleich zu denen, welchen seine Talente Quellen des Genusses sind. Nach einigen Jahren verschwinden alle, welchen er Unrecht gethan, aber seine Werke bleiben und bilden für Millionen eine Quelle der Freuden. . . . . Ein großer Schriftsteller ist der Freund und

inimicorum sanguinem bibunt, aliæ ad cædem paratæ, dum videntur inermes, venenato pollicis ungue necem afferunt [2]. Et imbecilliores [3] nationes in litus harenosum egressæ diligenter manibus oblinunt vestigia pedum pavide insistentium [4]. Adeo homines et ultimum humanitatis gradum obtinentes ferarum similiores et liberalibus artibus speciosius quidem quam verius imbuti ipsi sibi vitam reddunt semper laboriosam. Itaque quoquo te vertis, seu per amplum orbem, per maria terrasque iter facis [5], seu priorum sæculorum annales revolvis [6], obtruditur oculis eadem semper tristissimaque imago generis discordia vexati [7]. Quare is qui inter discidia populorum numquam composita animi tranquillitatem sibi studet parare [8], libenter aut demittit oculos ad cognoscendas herbas tacite vigentes et ad investigandas divinæ naturæ leges reconditas, aut obtemperans innato [9] illi ardori quo inde ab initio flagraverunt hominum pectora cum quadam rerum divinarum præsensione erigit oculos ad alta contemplanda sidera, quæ nullo turbata dissensu eundem quem semper tenuere tenebuntque cursum emetiuntur [10].

LIV.

Ad nostrum de aliquo homine iudicium hoc solet permultum valere, qualis ille sit adversus [1] nostra commoda ac studia. Ut enim ægre a nobis impetramus ut bene sentiamus de iis qui nobis officiunt aut nos opprimunt, ita prompti paratique [2] sumus ad accipienda omnia quibus excusari possint eorum vitia qui nobis aut utiles sunt aut iucundi [3]. Est is sine dubio [4] ex iis erroribus quibus universum genus humanum tenetur [5] et quorum aliqua tantum pars usu et cogitatione [6] potest evelli [7]. Quo fit ut virorum in litteris artibusve excellentium mores privati sæpe iam ab æqualibus, pæne semper autem a posteris singulari cum [8] lenitate tractentur. Gaudia enim [9] ac voluptates ex illorum operibus percipiunt omnes; eorum autem numerus qui privatis istorum vitiis laborant exiguus est vel vivis illis, collatus [10] cum iis qui ex istorum ingenio voluptatem hauriunt. Decedunt post aliquot annos quicumque a liviro at læsi sunt, at manent eius opera et multis milibus hominum sunt delectationi. . . . . Itaque cum egregius quisque scrip-

Wohlthäter seiner Leser, und diese können nur unter dem irreführenden Einflusse von Freundschaft und Dankbarkeit über ihn urteilen.

55.

Wir alle wissen, wie abgeneigt wir sind irgend eine ehrenrührige Geschichte über eine Person zuzugeben, deren Gesellschaft wir lieben, der wir Angenehmes verdanken; wie lange wir gegen den Beweis kämpfen, wie zärtlich wir, wenn die Thatsachen nicht mehr bestritten werden können, uns an die Hoffnung anklammern, dass irgend eine Erklärung, irgend ein entschuldigender Umstand, den wir noch nicht kennen, zu Tage kommen werde. Das ist just die Empfindung, die ein Mann von guter Erziehung naturgemäß für große Geister früherer Jahrhunderte hegt. Die Vorteile, die er ihnen verdankt, sind unschätzbar; sie haben ihn zur Wahrheit geleitet, sie haben seinen Geist mit edeln und schönen Bildern erfüllt, sie haben bei ihm gestanden in allen Wechselfällen des Lebens, als Tröster im Kummer, Pfleger in Krankheit, Freunde in der Einsamkeit. Diese Freundschaften sind nicht solchen Gefahren, von welchen andere Herzensverhältnisse gelockert oder gelöst werden, unterworfen. Die Zeit verstreicht, das Glück ist wankelmütig, Stimmungen verklingen, unlöslich scheinende Bande werden täglich geschieden vom Interesse, von Konkurrenz oder Laune. Aber keine solche Ursache kann die schweigende Unterhaltung stören, die wir mit den höchsten menschlichen Intelligenzen führen. Dieser freundliche Umgang wird durch keine Eifersuchten oder Ärgernisse getrübt. Es sind die alten Freunde, die man nie mit verwunderten Gesichtern erblickt, die sich gleich bleiben in Wohl und Weh, in Reichtum und Armut, in Ruhm und Vergessenheit. . . . . So kann also nichts begreiflicher erscheinen als dass ein Mensch von natürlicher Empfänglichkeit und Imagination ein Gefühl der Achtung und Neigung für die großen Männer hegen sollte, mit deren Geistern er sich täglich unterhält.

56.

Wir wollen den Damen des sechzehnten Jahrhunderts und ihren Vollkommenheiten beileibe nicht zu nahe treten; aber

tor omnibus qui eius libros legunt amici in numero sit [11] optimeque de iis mereatur, hi non aliter de illo possunt iudicium ferre nisi capti [12] amicitia et grato quem habent animo.

LV.

Scimus enimvero omnes quantopere abhorreat animus a credendo si quid narratur turpe de homine cuius consuetudine delectamur aut a quo suave quidquam habemus acceptum [1]; quam diu pugnemus adversus allata argumenta, quam avide vel postquam de ipsa re amplius dubitari nequit amplectamur hanc spem, fore ut posthac proferatur adhuc nobis ignota aliqua ratio qua explicari, aliqua res qua excusari possint quæ evenerunt. Hoc autem maxime modo [2] unumquemque liberaliter educatum [3] sentire oportet de claris priorum sæculorum ingeniis. Nequeunt enim satis magni æstimari quæ illis debet commoda [4]: duxerunt eum ad cognitionem veri, impleverunt eius mentem honestis pulchrisque cogitationibus, affuerunt ei per omnes vitæ vicissitudines, solamina mærenti, ægrotanti levamina, in solitudine socii ac familiares. Hæ autem amicitiæ non conflictantur illis difficultatibus quibus aliæ hominum familiaritates laxantur [5] aut dissolvuntur. Labitur quidem ætas, variat [6] fortuna, mutantur voluntates, quæ videbantur nulla vi posse divelli vincula cottidie dirimuntur commodorum vel studio vel certamine aut etiam amicorum inconstantia: sed nulla talis causa potest exsistere qua interpelletur tacitum illud colloquium quod cum summis inter homines ingeniis solemus instituere. Hæc consuetudo ac familiaritas nec æmulationibus [7] turbatur nec offensionibus. Veteres sunt amici, quos numquam videas vultus induere mirantium, qui semper sibi constant in secundis rebus et in adversis, ut per opulentiam ita per egestatem, sive gloria ornati sumus sive oblivione obruti. Itaque nihil magis videri potest consentaneum quam ut quivis homo, modo animum habeat ad percipiendas res reclusum et ad effingendas promptum, veneratione quadam amplectatur [8] ac studio eos quorum cum eximiis ingeniis cottidianus ipsi usus est.

LVI.

Procul absit a nobis [1] ut obtrectemus mulierum quæ sexto decimo sæculo fuerunt virtutibus; sed si quis illas ita extollit ut

wer sie auf Kosten unserer Frauen erhebt, vergisst einen sehr naheliegenden und sehr wesentlichen Umstand. Wer damals nicht griechisch und lateinisch lesen konnte, hatte überhaupt nichts oder beinahe nichts zu lesen. Alle lesenswerten Bücher in allen übrigen modernen Sprachen Europas würden kaum einen mäßigen Kasten gefüllt haben. Eine Frau musste damals klassische Bildung erhalten oder ganz ungebildet bleiben. Ohne Kenntnis wenigstens éiner alten Sprache konnte damals niemand eine klare Vorstellung von dem erlangen, was in dem politischen, litterarischen und religiösen Leben seiner Zeit vorging. Latein war für jene Zeit alles das — und mehr als das — was das Französische für das achtzehnte Jahrhundert gewesen ist. Es war so gut die Sprache der Höfe wie die der Schüler. Es war die Sprache der Diplomatie, es war die der theologischen und politischen Debatte. Wer es nicht verstand, war von der Bekanntschaft ausgeschlossen nicht bloß mit Virgil und Cicero, sondern auch mit den interessantesten Memoiren, Staatsschriften und Pamphleten seiner Zeit, ja selbst mit der bewundertsten Poesie und den populärsten Flugblättern über brennende Tagesfragen.

57.

Die Zeit der Demagogenverfolgungen bildet ein dunkles Blatt in der deutschen Geschichte. Es ist wahr, es sind nur einige wenige Todesurteile gesprochen und keines davon ist vollzogen worden. Aber ist denn das Schafott der einzige Weg wie man einen Menschen ums Leben bringt, ja ist das Leben überhaupt das einzige was man am Menschen morden kann? Giebt es nicht noch eine andere, eine minder gewaltsame, minder blutige, aber eben in ihrer Langsamkeit und ihrer scheinbaren Milde vielleicht nur um so furchtbarere Art von Hinrichtung? Heißt das nicht auch einen Menschen töten, wenn man seine Hoffnungen mordet, seine Ideale mit Füßen tritt, ihn selbst aber mit zwanzig Jahren zu dreißigjährigem Kerker verurteilt? Heißt das nicht auch einen Menschen ums Leben

nostræ ætatis feminarum laudes imminuat [2], rem quandam is neglegit apertissimam eandemque gravissimam [3]. Illo enim tempore quisquis Græce Latineve scripta nesciebat legere nihil omnino aut pæne nihil habebat quod legeret; cunctos enim libros ceteris omnibus Europæarum gentium linguis recentioribus conscriptos, qui quidem lectu essent digni, si quis collegisset [4], vix unum modicæ amplitudinis scrinium complessent. Itaque tum feminæ aut antiquis erudiebantur litteris aut ab omni eruditione manebant alienæ [5]. Nisi alterutram saltem sciret ex duabus linguis veteribus non potuit [6] tunc fieri ut quisquam claram assequeretur cognitionem earum rerum quæ sua ætate agerentur cum in publicis rebus tum in sacris aut in litteris. Qui enim octavo decimo sæculo Francogallici sermonis erat usus, idem [7] prorsus atque etiam maior tunc erat Latini. Latine loquebantur et qui in aulis erant circa principes et qui in scholis [8] discipuli; Latine consilia conferebant regum legati, Latine de rebus sacris publicisve disputabatur. Huius igitur linguæ qui non erat peritus, ei non Vergilii modo aut Ciceronis cognitio erat interclusa, sed gravissimorum quoque qui illa ætate scribebantur commentariorum libellorumque aut publice compositorum aut privatim in aliquorum contumeliam [9]; quid quod ne carmina quidem laudatissima is poterat intellegere aut scriptiunculas [10] maximo omnium favore acceptas [11] quæ de causis animos illo ævo maxime agitantibus in lucem erant editæ.

LVII.

Funestissimæ memoriæ illud tempus est quo in Germania publice insectabantur [1] eos quos dicebant esse populi corruptores [2]. Fateor [3] paucos homines tum esse capitis condemnatos, necatum neminem. At [4] necanturne homines sola securi [5]? aut præter corpus nihil habent quod possit interfici [6]? nonne est etiam aliud genus supplicii, minus quidem sævum et cruentum, sed propter id ipsum quod lentius est [7] et videtur esse mitius fortasse atrocius? nonne hoc quoque est interficere hominem [8], si exstinguitur quod speraverat, proculcatur quidquid ei amplum videbatur ac sanctum, ipse autem annum agens vicesimum condemnatur ut per triginta annos in carcere habeatur? nonne hoc quoque est vita privare hominem, si privatur omnibus iis quæ vitam reddunt pulchram ac vitalem, parentibus, fratribus sororibusque [9], amicis, litterarum commercio,

bringen, wenn man ihn um alles bringt, was das Leben schön und wertvoll macht, um Eltern, Geschwister, Freunde, um den Verkehr mit der Wissenschaft, um die Möglichkeit praktischer Thätigkeit, und zuletzt noch — in wie vielen Fällen! — um den Glauben an sich selbst? Und wenn die dreißig Jahre auch nicht voll abgesessen worden, und wenn auch früher oder später ein königlicher Gnadenakt die Kerkerthüren öffnete, hat man auch an das Weh gedacht, das sich inzwischen auf dem Haupte des Gefangenen zusammengehäuft? Hat man es ausgemessen das Maß der Bitterkeit und der Empörung, das sich inzwischen in seiner Seele angesammelt? Hat man sie gezählt die geknickten Hoffnungen, die in jahrelangem einsamem Kerker zur Erde gefallen, still und lautlos gleich welken Blättern, bis zuletzt nichts übrig geblieben als eine herbstlich verödete, eine unfruchtbare Seele, die nie wieder die Knospe eines großen Gedankens zu treiben fähig sein wird?

58.

Frankreich ist seit den Zeiten Ludwigs XIV gewohnt die erste Rolle unter den europäischen Nationen zu spielen, und durch Napoleon I ist es in diesem Anspruche bestärkt worden. Derselbe gründete sich auf seine starke politisch-militärische Organisation, noch mehr auf die klassische Litteratur, die sich im Laufe des siebzehnten und achtzehnten Jahrhunderts entfaltet und seine Sprache, seine Bildung zur weltbeherrschenden gemacht hat. Die nächste Bedingung dieser Herrscherrolle Frankreichs war aber die Schwäche Deutschlands, das seiner Einheit geteilt, seiner Einigkeit zwiespältig, seiner Beweglichkeit schwerfällig gegenüberstand. Doch jede Nation hat ihre Zeit, und wenn sie rechter Art ist, nicht bloß eine. Die deutsche hatte die ihrige schon im Reformationszeitalter gehabt; sie hatte diesen Vorsprung in der Folge teuer bezahlt durch die Zerrüttung eines dreißigjährigen Krieges, der sie nicht nur in politische Unmacht, sondern auch in geistige Verkommenheit zurückwarf. Darum aber war es mit ihr noch lange nicht zu Ende. Sie

aliquid agendi[10] facultate, postremo autem — quam sæpe![11] — eo perducitur ut de semet ipse desperet? ac quamquam serius ocius[12] reserato principis voluntate carcere[13] non omnes illi triginta anni in vinculis erant perferendi: reputavitne quisquam quot quantisque[14] miseriis interea captivi mens sit obruta? emensusne quisquam est quantum acerbitatis[15] et indignationis per illud tempus in animo eius sit coacervatum? numeravitne quisquam fractas illas spes quæ multis istis annis quos degerant in carceris solitudine[16] humi deciderunt occulte ac tacite, foliorum instar marcidorum[17], ut nihil postremo esset reliquum nisi anima hiemis vastitatem ac tristitiam præ se ferens[18] et infructuosa, quæ numquam postea cogitationem possit concipere altiorem?

LVIII.

Francogallorum populus cum inde a Ludovici regis XIV ætate esset assuefactus primum inter Europæ gentes locum obtinere[1], rebus a Napoleone I gestis eo est adductus ut illum iure quodam suo sibi videretur vindicare. Nitebatur autem illa opinio cum civilium rerum bellicarumque robore ac firmitate[2] tum maxime scriptorum quos per septimum decimum et duodevicesimum sæculum habuerant præstantia, qua effectum erat ut eorum sermo totusque animorum cultus per terrarum orbem dominaretur. Quem principatum ut retinerent Francogalli utique necesse erat ut Germani essent infirmi et, quales tum erant, in multas civitates divisi, cum illi rem publicam haberent in unum corpus coniunctam, factionibus distracti[3], cum Galli essent concordes, denique tardi lentique, cum illi mobilitate uterentur summa. Sed[4] unaquæque gens suum habet tempus ac, dummodo ipsa sit recta indole, non tantum semel. Habuerant illud Germani iam ista ætate qua apud eos res sacræ sunt instauratæ[5], et quod ceteras gentes ita præcurrerant postea magno iis steterat, dilaceratis bello per triginta annos sæviente eoque redactis ut non solum in publicis rebus essent infirmi, sed animorum quoque labe et ingeniorum defectu turpiter degenerarent[6]. Multum tamen aberat ut ideo de gente esset ac-

bildete sich im stillen, sie erzeugte eine Reihe von Dichtern und Denkern, welche den französischen Klassikern des siebzehnten und achtzehnten Jahrhunderts mehr als nur ebenbürtig zur Seite traten.

59.

Nationen wie Individuen haben als Kehrseite ihrer Vorzüge auch ihre Fehler, und in Beziehung auf diese hat die deutsche und die französische Nation seit Jahrhunderten eine sehr verschiedene, ja entgegengesetzte Erziehung genossen. Wir Deutsche haben in der harten Schule des Unglücks und der Schmach unsere Grund- und Erbfehler, unsere Träumerei, unsere Langsamkeit und vor allem unsere Uneinigkeit als das erkennen gelernt was sie sind, als die Hindernisse jedes nationalen Gedeihens; wir haben uns zusammengenommen, gegen diese Untugenden gekämpft und sie immer mehr von uns abzuthun gesucht. Dagegen sind die französischen Nationalfehler von einer Reihe französischer Herrscher großgezogen, lange Zeit von Erfolg aufgeschwellt und auch vom Unglück nicht abgetrieben worden. Das Trachten nach Glanz und Ruhm, die Neigung denselben, statt durch stille Arbeit im Innern, durch laute, abenteuernde Unternehmungen nach außen zu erreichen, die Anmaßung an der Spitze der Nationen zu stehen und die Sucht sie zu bevormunden und auszubeuten, — diese Untugenden sind von Ludwig XIV, von dem ersten und dem hoffentlich letzten Napoleon in einer Weise aufgefüttert worden, dass der Nationalcharakter dabei den tiefsten Schaden genommen hat.

60.

Sah man je auf Erden ein Volk so reich an Kontrasten wie das französische, so leicht von einem Extrem zum anderen getrieben, so oft durch augenblickliche Eindrücke, so selten durch feste Grundsätze geleitet, so dass es bei allen seinen Handlungen stets sich schlimmer oder besser bewährte als man vermutete; bald unter dem allgemeinen Niveau der Menschheit, dann wieder hoch über demselben stehend? ein Volk, das in seinen Grundzügen so unveränderlich blieb, dass man es noch aus Schilde-

tum [7]. Immo vero viribus tacite collectis [8] excultoque ingenio multos deinceps progenuit et poetas et philosophos [9], qui claris illis Francogallorum scriptoribus per decimum septimum octavumque sæculum florentibus non pares tantum essent sed superiores [10].

LIX.

Ut privati homines ita etiam populi coniuncta cum suis virtutibus habent quædam vitia [1]. Quæ si spectes, inde a compluribus sæculis tractationem his invenies adhibitam apud Germanos et Francogallis dissimillimam atque adeo contrariam [2]. Nos enim Germani infortunio atque ignominia, gravi sane disciplina, edocti vitiis nostris primariis et avitis [3], studium dico nostrum vanas species sectandi, tarditatem ac præcipue discordiam nostram, intelleximus effici id quod efficiebatur, ne res publica nostra umquam caperet incrementa. Itaque adnisi sumus et [4] nobiscum ipsi conflictati, ut vitia ista magis magisque exueremus [5]. Quæ autem vitia sunt Francogallis propria et communia [6], ea a multis deinceps eorum principibus sunt nutrita, per longum tempus prospero successu inflata ac ne adversis quidem casibus exstincta. Splendoris enim ista et gloriæ captatio et cupiditas parandi eam non, ut decet, tacita suarum rerum cura [7], sed expeditionibus turbulenter ac temere extra suos fines susceptis, arrogantia illa qua sibi videntur ceteris populis omnibus præstare [8], pravum denique studium leges illis imponendi eorumque opes expilandi, — hæc igitur vitia a Ludovico quarto decimo ac Napoleonibus, et illo primo et hoc quem speramus huius stirpis esse ultimum [9], adeo sunt saginata ut totius populi ingenium ac mores summum inde ceperint detrimentum [10].

LX.

Fuitne umquam in terris ulla gens Gallorum similis [1], quæ tot res tam diversas in suo ingenio haberet consociatas tamque facile a contrario delata ad contrarium [2], tam crebro rebus forte accidentibus, tam raro ratione stabili firmaque [3] ad agendum ducta ut quidquid egit semper aut peiorem se præstaret aut meliorem quam quis exspectaverat; modo infra communem generis humani normam delapsa, mox autem supra illam longe evecta? servavit hæc gens ingenii sui lineamenta adeo immota ut etiam nunc eius

rungen wiedererkennen kann, welche man vor zwei Jahrtausenden von ihm gemacht hat, und zugleich so beweglich in seinen täglichen Gesinnungen und Gedanken, dass es manchmal sich selbst zu einem unerwarteten Schauspiel wird und oft das, was es eben vollbracht hat, mit ebenso großem Erstaunen wie das Ausland betrachtet; ein Volk, das an seinem Herde und seinen Gewohnheiten mehr als alle anderen hängt, solange man es sich selbst überlässt und das, sobald man es seiner Heimat und diesen Gewohnheiten unfreiwillig entrissen hat, bis ans Ende der Welt vorzudringen und alles zu wagen vermag?

61.

Seinem Temperament nach ungerne gehorchend, jedoch der willkürlichen und sogar der tyrannischen Herrschaft eines Fürsten lieber sich fügend als der regelmäßigen und freien Regierung seiner angesehensten Bürger; heute ein geschworener Feind alles Gehorsams, morgen entflammt von einer Art von Leidenschaft zu dienen, welche auch von den für die Knechtschaft begabtesten Nationen nicht erreicht wird; an einem Fädchen geführt solange niemand widerstrebt, unregierbar sobald das Beispiel des Widerstandes irgendwo gegeben ist, seine Herren auf diese Weise immer täuschend, die es entweder zu sehr oder zu wenig fürchten; niemals in dem Maße frei, dass man es aufgeben müsste es zu knechten, und nie in dem Grade geknechtet, dass es nicht seine Fesseln noch sprengen könnte; für alles begabt, aber nur im Kriege ausgezeichnet, dem Zufalle, der Gewalt, dem Erfolge, dem Glanze und Geräusch mehr als dem wahren Ruhme leidenschaftlich ergeben; mehr mit Heldenmut als mit Tugend, mehr mit Genie als mit gesundem Menschenverstande begabt, mehr geeignet ungeheure Pläne zu entwerfen als große Unternehmungen nach allen Seiten hin auszuführen; die glänzendste und gefährlichste Nation von Europa, bestimmt allen übrigen abwechselnd ein Gegenstand der Bewunderung, des Hasses, des Mitleids, des Schreckens, aber nie der Gleichgültigkeit zu werden.

62.

Es ist eine eigentümliche Erscheinung, dass im deutschen Volke, welches sonst gerade keine Vorliebe hat für eine schroffe

indolem agnoscas ex iis descriptionibus quæ ante duo milia annorum de illa sunt compositæ, eademque tanta est cottidianorum sensuum cogitationumque mobilitate ut interdum sibi ipsa spectaculo fiat inopinato ac sæpe id quod modo peragit non minore cum admiratione intueatur quam gentes exteræ; porro hac gente, dum ad suum arbitrium ei licet vivere, nulla est patriorum larum morumque amantior, at ubi primum a domo et consuetis illis moribus invitam abripueris, ea erit quæ vel ad extremos terræ fines possit progredi et nihil non audere.

LXI.

Eadem gens cum ingenio [1] sit ad parendum difficili, tamen principis arbitrio atque adeo violentiæ libentius obtemperat quam iusto ac libero imperio [2] clarissimorum civium; nunc cuilibet obsequio est infestissima, mox serviendi quodam furore flagrat, quantum ne in iis quidem gentibus reperias quæ ad servitutem maxime sunt natæ; vel tenui filo ducta [3] dum nemo obnititur, at nullius imperii patiens ubi primum aliquis initium fecit reluctandi [4]; itaque semper fallens dominos, qui aut nimis eam metuunt aut parum; neque umquam adeo libera ut desperandum sit eam posse in servitutem redigi, neque adeo serva [5] ut iam desierit vincula posse rumpere; ut ingenio ad omnes artes habili, ita præstans in nulla nisi bellica; eadem fortunæ ac potentiæ et rerum eventibus et splendori et clamoribus magis inserviens [6] quam veræ gloriæ; ferocia magis prædita quam virtute, et ardore ingenii magis quam sana mente; ad capienda ingentia consilia aptior quam ad res magnas in unamquamque partem æquabiliter exsequendas, denique omnium quæ in Europa sunt nationum et splendidissima et perniciosissima [7], ad id nata ut a ceteris omnibus nunc cum admiratione spectetur nunc cum odio, modo cum miseratione modo cum formidine, at numquam cum animo lento [8].

LXII.

Nescio quo pacto fit ut [1] apud Germanos, qui ceteris in rebus [2] austeram urbanitatis neglegentiam minime amant [3], tamen anti-

Missachtung der Form der Höflichkeit, doch von jeher jede Gelegenheit, bei der jemand sie einem hochgestellten Beamten gegenüber mit rechter Geflissentlichkeit und Verachtung aller Formen außer acht setzt, einen gewissen Anstrich von Popularität erwirbt. Ich kann mir das nicht anders erklären als dass man, da im deutschen Volke der Mut anerkannt eine populäre Eigenschaft ist, noch immer die Zustände, die uns Romane voriger Jahrhunderte schildern, wo es in Burgverliese führte, wenn man sich über Fürsten oder deren Angehörige missliebig äußerte, nicht für ganz ausgerottet halten kann, dass für tapfere Herzen noch immer eine gewisse Versuchung entsteht ihren Mut dadurch zu dokumentieren, dass sie einem Minister Dinge sagen, die sie einem anderen Menschen nicht sagen würden, weil sie dazu zu höflich sind. Diese Manier mit Stumpf und Stiel ausgerottet zu sehen würde ich für einen Vorteil halten.

63.

Ein Monarch, der seinem Heere in den Krieg folgt, muss entweder den Oberbefehl selbst führen oder sich außer der strategischen Sphäre desselben halten. So große Bewunderer der alten Römer wir sonst auch sind, so würden wir ihnen wenigstens den Gebrauch nicht nachahmen, den Oberbefehl über das Heer tagweise wechseln zu lassen. Davor warnt der Tag von Cannä. Einheit im Kommando ist die Seele der Kriegskunst; zahllose Beispiele von verunglückten Operationen könnten wir hier aufführen, um die Richtigkeit dieses Grundsatzes darzuthun. Es kann nicht fehlen, dass die Gegenwart eines Monarchen beim Heere fremdartige Einmischungen zur Folge haben muss und dadurch oft die richtigsten Kombinationen eines Feldherrn zu nichte gemacht werden.

64.

Im Kriege erträgt man die rohe Gewalt so gut man kann; man fühlt sich wohl physisch und ökonomisch verletzt, aber nicht moralisch; der Zwang beschämt niemanden, und es ist kein schimpflicher Dienst, der Zeit zu dienen, man gewöhnt sich von Freund und Feind zu leiden, man hat Wünsche und keine Gesinnungen. Im Frieden hingegen thut sich der Frei-

quitus, si quis alicubi [4] adversus superiorem aliquem magistratum [5] data consulto opera et contempto prorsus decore illam exuit, is populi quandam caritatem sibi comparet [6]. Cuius rei causam non video aliam [7] quam quod, cum apud Germanos fortitudinem [8] constet summo apud omnes favore frui [9], ne nunc quidem multi a se possunt impetrare ut plane abolitum putent eum rerum statum qui in fictis superiorum sæculorum narrationibus describitur, ubi in tætram arcium custodiam demittebatur [10] qui de aliquo principe [11] aut eius necessariis iniquius locutus erat, ideoque fortium virorum animis nunc quoque habet quandam dulcedinem suæ fortitudinis documentum exhibere dicendo coram adversus regum ministros [12] quæ adversus neminem alium [13] dicturi sunt, prohibiti scilicet sua urbanitate [14]. Quæ consuetudo si radicitus evelleretur equidem putarem bene actum.

LXIII.

Si quis [1] rex exercitum sequitur in bellum, oportet eum aut ipsum illi præesse aut rebus ab imperatore gerendis [2] se non immiscere. Quamvis enim ceteris in rebus valde admiremur antiquos Romanos, hoc quidem ab iis non sumpserimus ut alternis diebus alii summam imperii committamus [3]. Terret enim Cannensis diei memoria [4]. Penes unum esse imperii summam, hoc artis bellicæ est caput, quod ut recte nos statuere appareat innumera expeditionum quæ male cesserunt exempla possumus afferre [5]. Non enim potest fieri quin præsente in castris rege in consilia bellica immisceantur [6] rationes alienæ eaque re ad irritum sæpe redigatur quod imperator vel sollertissime excogitaverit [7].

LXIV.

Belli tempore vis et atrocitas animo fertur quantum fieri potest æquo; quamquam enim dolet corpus et res familiaris minuitur, illibatam habemus mentem [1]. Rerum necessitati cedere nemini est pudori, nec turpe est servitium temporibus inservire; assuescimus mala perpeti et [2] a nostris et ab hostibus; cum sit quod optemus, non est quod velimus [3]. Pacis autem tempore [4] innatum hominibus

heitssinn der Menschen immer mehr hervor, und je freier man ist, desto freier will man sein. Man will nichts über sich dulden; wir wollen nicht beengt sein, niemand soll beengt sein, und dies zarte, ja kranke Gefühl erscheint in schönen Seelen unter der Form der Gerechtigkeit. Dieser Geist zeigte sich damals [in der Mitte des vorigen Jahrhunderts] überall, und gerade da nur wenige bedrückt waren, wollte man auch diese von dem zufälligen Drucke befreien, und so entstand eine gewisse sittliche Befehdung, Einmischung der einzelnen in das Regiment, die mit löblichen Anfängen zu unabsehbar unglücklichen Folgen hinführte.

~~65.~~

Der Geist, welcher so entschieden auf mich wirkte und der auf meine ganze Denkweise so großen Einfluss haben sollte, war Spinoza. Nachdem ich mich nämlich in aller Welt um ein Bildungsmittel meines wunderlichen Wesens vergebens umgesehen hatte, geriet ich endlich an die Ethik dieses Mannes. Was ich mir aus dem Werke mag herausgelesen, was ich in dasselbe mag hineingelesen haben, davon wüsste ich keine Rechenschaft zu geben: genug, ich fand hier eine Beruhigung meiner Leidenschaften, es schien sich mir eine große und freie Aussicht über die sinnliche und sittliche Welt aufzuthun. Was mich aber besonders an ihn fesselte war die grenzenlose Uneigennützigkeit, die aus jedem Satze hervorleuchtete. Jenes wunderliche Wort: »Wer Gott recht liebt, muss nicht verlangen dass Gott ihn wieder liebe,« mit allen den Vordersätzen, worauf es ruht, mit allen den Folgen, die daraus entspringen, erfüllte mein ganzes Nachdenken. Uneigennützig zu sein in allem, am uneigennützigsten in Liebe und Freundschaft, war meine höchste Lust, meine Maxime, meine Ausübung. Übrigens möge auch hier nicht verkannt werden, dass eigentlich die innigsten Verbindungen nur aus dem Entgegengesetzten folgen. Die alles ausgleichende Ruhe Spinozas kontrastierte mit meinem alles aufregenden Streben, seine mathematische Methode war das Widerspiel meiner poetischen Sinnes- und Darstellungsweise, und eben jene geregelte Behandlungsart, die man sittlichen Gegenständen nicht angemessen finden wollte, machte mich zu seinem leiden-

libertatis studium magis magisque obtinet [5], et quo sunt liberiores eo magis volunt esse liberi [6]. Nihil patiuntur [7] esse se superius, neque nos ipsos coerceri volumus neque quemquam alium videre coercitum. Quæ mollities, ne dicam ægrotatio [8] animorum in iis qui mentem habent delicatiorem [9] speciem induit æquitatis [10]. Hæc animorum affectio illa ætate ad omnes pertinebat [11] et, cum pauci premerentur [12], hos quoque volebant liberari ab iniuncta sibi aliquo casu iniquitate. Itaque exorta est acerba quædam animorum contentio privatorumque cupiditas publicis rebus se immiscendi, quæ cum cœpisset ab initiis laude sane dignis [13], exitus habuit plus quam dici potest funestos.

LXV.

Is vir cuius ingenio tantopere sum commotus quique ad conformandum meum sensum universum tanto momento erat futurus [1], is fuit Spinoza. Cum enim in omni rerum natura frustra quæsissem [2] unde mirificam meam indolem perpolirem, postremo incidi in huius viri ethicam [3]. Hoc ex opere quid legendo hauserim [4] quidve ipse ex mea mente eo intulerim [5], eius rei rationem reddere equidem vix queam [6]: sed [7] hausi inde perturbati animi sedationem videbarque mihi inde longe lateque prospicere in omnes res [8] et quæ sensibus percipiuntur [9] et quæ sola mente comprehenduntur. Maxime vero devinxit animum meum quod ex unaquaque eius sententia elucere videbam suorum commodorum contemptionem [10] vere admirabilem. Mirum illud Spinozæ [11], »recte qui deum amat non debet postulare ut ab eo redametur« [12], omnesque quibus nititur rationes et quæ inde manant præcepta, animum meum [13] totum in se convertit. Neglegere [14] mea commoda cum in omnibus rebus tum in amore maxime et amicitia, hæc mihi summa erat voluptas, hoc mihi [15] habebam propositum, hoc sequebar in agendo. Ceterum hoc quoque loco illud velim monere [16], firmissimas quasque [17] necessitudines nasci utriusque partis ex diversitate [18]. Exæquans omnia Spinozæ tranquillitas mirum quantum discrepabat a meo ardore omnia perturbante [19] eiusque ratio argumentandi desumpta illa a mathematicorum more [20] quam maxime abhorrebat ab eo quod ego amplexus eram poetarum genere sentiendi et scribendi [21]; et ipse ille tractandi modus certis legibus adstrictus, quem fuere qui exponendis rebus ad mores pertinen-

schaftlichen Schüler, zu seinem entschiedensten Verehrer. Geist und Herz, Verstand und Sinn suchten sich mit notwendiger Wahlverwandtschaft, und durch diese kam die Vereinigung der verschiedensten Wesen zu stande.

66.

Was ist es doch, was einen Mann seinen Zeitgenossen teuer macht, den späteren Geschlechtern wert erhält? Zunächst freilich, dass er nach dem Maße seiner Zeit gut gearbeitet hat für solche Zwecke, welche der Nation dauernden Wert haben. Davon hängt seine geschichtliche Berechtigung ab. Aber was er auch schafft, seine Arbeit an sich ist's in der Regel nicht, deren Bestand sein Gedächtnis dauerhaft macht. Die Ordnungen des weisesten Staatsmannes überleben selten die nächste Generation. Dem Gelehrten wird das scharfsinnigste Geisteswerk durch weitere Arbeit von tausenden umgeformt, eingeengt, widerlegt. Nur wenige große Erfinder und Künstler haben den Vorzug, dass ihre Werke abgelöst von ihnen unverändert fortleben in den späteren Geschlechtern und noch dann der Menschheit dienen, wenn die Person des Urhebers gänzlich verschwunden ist bis auf wenige unsichere Erinnerungen. Aber auch in diesem Falle sucht die Folgezeit unablässig hinter der Dichtung den Dichter, hinter der Arbeit den Erfinder. Denn nicht das Geschaffene an sich, sondern Geist und Charakter des Schaffenden, die wir daraus erkennen, machen uns die Werke vergangener Menschen vertraulich.

67.

Ein selbstgeschaffenes Übel ist das Verschwinden des Mutes und der Kraft, ein leeres Vorurteil ist das Alter, die schnöde Frucht von dem trüben Wahne, dass der Geist abhänge von dem Körper. Aber ich kenne den Wahn, und es soll mir nicht seine schlechte Frucht das gesunde Leben vergiften. Bewohnt denn der Geist die Faser des Fleisches, oder ist er eins mit ihr, dass auch er zur Mumie wird, wenn diese verknöchert? Stumpfen die Sinne sich ab, so muss wohl auch stumpfer werden

tibus negarent esse accommodatum[22], me quidem totum illi devinxit acerrimumque eius reddidit sectatorem. Illinc ingenii mentisque subtilitas, hinc pectoris fervor sensuumque acies cum alterum indigeret alterius ope, utrimque innata quadam necessitate inter se coierunt[23], quo factum est ut naturæ quam maxime diversæ in unum quasi corpus coalescerent.

LXVI.

Quid est quæso quo alicui viro æqualium gratia comparatur, posterorum conservatur[1]? Primum utique hoc est ut pro suæ ætatis rationibus egregie operam navaverit[2] ad assequenda ea quæ universæ genti utilitatem præbitura sint diuturnam[3]. Hoc nisi præstiterit in hominum memoria non perstabit[4]. Sed quidquid perfecit, plerumque non ipsa eorum quæ perfecit diuturnitate memoria viri fit sempiterna[5]. Nam vel quæ a viro rerum civilium peritissimo sunt instituta[6] raro durant ultra proximam ætatem[7], et quod vir aliquis doctus cum summa ingenii sollertia elaboravit insequente multorum aliorum opera[8] mutatur, restringitur, refutatur[9]. Pauci tantum magnarum rerum inventores ac summi artifices hoc habent præcipuum ut eorum opera etiam seiuncta ab auctoribus integra vigeant in posterorum animis et humano generi prosint[10] vel cum de ipso auctore nihil iam sit reliquum nisi obscuræ quædam recordationes. Sed ne tum quidem postera ætas desinit in carminibus quærere[11] poetam, in inventis inventorem. Non enim ea ipsa quæ quis effecit, sed elucens inde auctoris ingenium et morum habitus defunctorum hominum opera nobis reddunt familiaria[12].

LXVII.

Malum propria culpa partum est animi viriumque deminutio[1], inane commentum est senectus[2], turpiter procreatum ex tristi illo errore opinantium servire corpori[3] animum. Sed ego falsam esse istam opinionem scio, nec vili eius progenie corrumpi[4] patiar meæ vitæ sanitatem. Habitatne[5] quæso animus carnis in fibris aut nihil aliud est nisi[6] illæ fibræ, ut exsiccatis illis par sit exarescere et ipsum[7]? Sensus cum incipiunt hebescere, memoriam consentaneum est fieri hebetiorem et imminui multas delectationes

die Erinnerung und schwächer manches Wohlgefallen und manche Lust. Aber ist dies das Leben des Geistes, dies die Jugend, an der ich hing? Welches Unglück wird es sein, wenn ich nun vergesse, was gestern geschah? Sind éines Tages kleine Begebenheiten meine Welt? Wer so in niedrigem Sinne seine Bestimmung verkennt, wem die Jugend nur lieb war, weil sie dieses besser gewährt, der klage mit Recht über das Elend des Alters!

68.

Der Mensch darf, wenn es der ernsten Bestimmung seines Lebens gilt, nicht bloß seine Lust befragen. Man kommt in keinerlei Studien zu etwas Rechtem, wenn man nicht auch dasjenige, was missbehagt, was durch Trockenheit und scheinbare Unbedeutendheit uns abschreckt, mit dem Gedanken an das freudige Ziel beharrlichen Mutes überwindet. Nur durch Arbeit — und dies ist unser Los — kann ein geistiges Besitztum unser werden, und die Arbeit als Arbeit schmeckt niemals oder selten süß; aber was wir haben, wenn die Arbeit gethan, der Weg zurückgelegt, das Ziel erreicht ist, das ist lauter Freude und erquickender Genuss.

69.

Ein großes Unglück verleiht edleren Naturen zugleich die Kraft dasselbe zu ertragen. Kleine Quälereien, welche nach und nach sich zusammenhäufen, zumal wenn sie von Menschen und ihrer Schlechtigkeit kommen, beugen zuletzt den Geist. Einzeln zu klein und zu geringfügig, um die Seele zum Widerstande herauszufordern, welche das Nichtswürdige verachtet, unterhöhlen sie unvermerkt den Bau ihrer Kräfte, der dann endlich haltlos beim leisesten Anstoß in sich selbst zusammenfällt. Aber ein recht großes Schicksal, das, nach seinem Umfange und in seinen Folgen unabsehbar, auf einmal unerwartet mit zerstörender Gewalt über uns hereinbricht, es erschreckt, erschüttert, ruft aber zugleich alle des Widerstandes fähigen Mächte unseres Innern gleichsam auf einen Punkt zusammen und erhebt den Geist nach dem Oben hin, von wannen es gekommen ist.

multasque voluptates. At hæcine est animi provincia [8], hæcine illa quam admirabar iuventus? Quodnam erit infortunium [9] si forte quæ heri acciderunt obliviscar? Suntne inclusæ meæ cogitationes unius diei exilibus eventis [10]? Qui suæ mentis humilitate obcæcatus [11] adeo non videt qua lege sit natus, qui propterea tantum adamaverat iuventutem quia illas res melius suppeditat, ne ille suo iure conqueratur [12] senectutis miseriam!

LXVIII.

Si agitur de vitæ suæ ratione eligenda, tanti momenti [1] re, non oportet hominem obtemperare soli voluptati [2]. Neque enim in ullo studiorum genere maius quidquam assequeris nisi ea [3] quoque quæ displicent, quæ siccitate [4] quadam et exilitatis [5] specie te deterrent læti finis spe [6] perseveranter [7] vincas. Solo labore — et hanc quidem provinciam nos sumus sortiti [8] — parantur menti artes ac litteræ, labor autem ipse, si eum per se spectes, numquam aut raro dulcis est; at perfuncti labore, emensi viam finemque assecuti, tum vero meram habemus lætitiam iucundamque voluptatem [9].

LXIX.

Magna quævis calamitas melioris ingenii hominibus [1] superveniens impertit iisdem vires ad ipsam perferendam. Parvæ autem vexationes [2], alia super aliam coacervatæ, præsertim si ab hominibus eorumque malitia [3] proficiscuntur, frangunt ad extremum [4] animum. Cum enim unaquæque earum ipsa tenuior sit ac levior quam qua ad resistendum provocetur animus vilium rerum contemptor, subrodunt furtim virium compagem[5], ut postremo labanti similis accedente vel minima impulsione corruat [6]. At ingenti aliquo fato[7], quod tam subita strage ut nec quantum sit ipsum nec quo evasurum cerni queat imparatos opprimit, terremur quidem ac percellimur, sed eodem quidquid in nobis est ad resistendum idonei quasi in unum convocatur erigiturque mens ad respiciendum illud numen superius [8] a quo est immissum.

70.

Es giebt Individuen, bei denen es das Ansehen hat, als fühlten sie jede Minderung des Unglückes eines Nebenmenschen als Minderung des eigenen Glückes; so geschäftig sind sie schlimmen Nachrichten die möglich größte und rascheste Publizität zu geben, so erfinderisch sind sie in nachteiligen Ausdeutungen bei zweifelhaften Fällen, so ärgerlich stellen sie sich an, wenn eine Hiobspost, die sie bringen, von einem Dritten bezweifelt und mit triftigen Gründen widerlegt wird. In solcher Schwarzsichtigkeit, die von andern immer das Schlimmste glaubt, spiegelt sich gar häufig, neben dem Mangel an aufrichtigem Wohlwollen gegen seine Nebenmenschen, insbesondere das Bewusstsein der eigenen Schlechtigkeit oder doch Unbedeutendheit, welche sich durch die Wahrnehmung der entgegengesetzten Eigenschaft an andern unangenehm berührt fühlt und durch die Herabsetzung des Wertes anderer selbst zu gewinnen glaubt. So hässlich eine solche Denkweise ist, so muss man doch leider gestehen, dass sie nichts weniger als selten sich im Leben findet, obgleich der Dichter vielleicht zu weit geht, wenn er einen seiner Helden von der Welt überhaupt sagen lässt, dass sie es liebe das Strahlende zu schwärzen und das Erhabene in den Staub zu ziehen.

71.

Einige Schriftsteller des vorigen Jahrhunderts haben zwar nicht die Tugend verhöhnt, noch dem Laster durch witzige Wendung die Form der Tugend gegeben; aber die Tugend wird von ihnen so leicht, so angenehm gemacht, Fehler und Vergehungen erscheinen in Rücksicht ihrer Wirkungen auf die menschliche Seele und den Charakter so unbedeutend, dass die ungeheure Kluft zwischen Selbstbeherrschung und sinnlichem Leben verschwindet. Ernst und strenge Zucht werden als gehässige und finstere Reste einer vergangenen Zeit dargestellt, weiches Gefühl, einzelne Handlungen der Mildthätigkeit, Aufwallungen der Liebe und des Erbarmens, aus der Unbehaglichkeit des Anblickes der Leidenden entsprungen, gelten für das, was an sich vor Gott und dem Gewissen recht ist. Es wurde

LXX.

Sunt qui suæ sibi fortunæ videantur [1] damnum accipere si de alterius [2] infortunio quidquam detrahatur: tanta cum [3] industria relatas res tristes quam latissime celerrimeque student divulgare, tanta cum sollertia ambiguas res interpretantur in partem magis invidiosam, tantamque præ se ferunt indignationem cum nuntiatam ab ipsis rem funestam aliquis in dubium vocat allatisque rationibus luculentis refellit. Quæ morositas de aliis pessima quæque credentium manat [4] plerumque ex animo ut a sincera in alios benevolentia remoto, ita præcipue suæ improbitatis aut certe mediocritatis [5] sibi conscio; quo fit ut contrariam aliorum indolem [6] conspicientes offendantur alienasque laudes carpendo ipsi sibi videantur altius exsurgere [7]. Quo animi habitu cum nihil sit fœdius, tamen haudquaquam raro inveniri eum inter homines fatendum est ac conquerendum [8], quamquam haud scio an acerbius iudicarit poeta ille nostras cum iuvenem quendam [9] cui præcipuas in fabula partes tribuit facit dicentem universum genus humanum habere in deliciis ut tenebras obducat rebus clarissimis [10] et summa quæque in humum detrahat [11].

LXXI.

Superioris sæculi quidam scriptores non deriserunt illi quidem ipsam virtutem nec turpitudini facete res invertendo virtutis speciem induerunt: sed effingunt tamen virtutem tam facilem ac suavem, vitiorum autem et delictorum vim ad inficiendos hominum animos moresque tam exiguam ut tollatur [1] ingens illud discrimen quod interest inter temperantiam et vitam libidinosam [2]. Gravitas morum et disciplinæ severitas invidiosæ tristesque ante acti [3] ævi reliquiæ dicuntur esse, animi autem mollitudo, benigne aliqua in egenos facta [4], humanitatis misericordiæque quidam æstus [5] orti ex iniucunditate miserorum adspectus habentur pro iis quæ ipsa per se et deo placeant et bonam [6] parent mentis conscientiam. Commendabatur [7] enim tum posita ista in sola sensuum humanitate virtus, qua illius ætatis universa iuventus est effeminata [8], ut edocta

jene Gefühlstugend gepredigt, welche eine ganze Generation entnervt hat, weil sie die Schranken zwischen Tugend und Laster verkennen lehrte. Dies wirkte in der Zeit der sentimentalen Edukationstheorie besonders verderblich, weil die Reformatoren der Erziehung, wie die Väter und Mütter, statt den Geist durch Arbeit zu stärken, ihn durch Gefühlsamkeit schwächten.

72.

Es ist viel Täuschung dabei, wenn man die Ursachen der vielbeklagten Schwäche und Kränklichkeit unserer Jugend in der Schule, in der Übertreibung der Lehrer, in der übermäßigen Anstrengung sucht. Tausend Irrtümmer haben ihren Grund in der Verwechselung von Ursache und Wirkung. Vielleicht findet auch hier — die Wahrheit der Angabe, dass die heutige Jugend so besondere Schwächlichkeit verrate, vorausgesetzt — (vielleicht findet auch hier) diese Verwechselung statt. Die Jugend wird schwächlich, weil sie angestrengt wird? Oder wie, wenn wir den Satz umkehrten: die Jugend erträgt keine Anstrengung, weil sie schwächlich in die Schule kommt? Es ist eine uralte Sünde der Eltern, auf den Lehrer alle Verantwortung zu häufen. Von jeher musste der Lehrer schuld sein, wenn kein Wärmestrahl aus dem Herzen und kein Lichtfunken aus dem Kopfe des Söhnleins zu locken war. Wie viele Väter können sich, die Hand aufs Herz gelegt, das Zeugnis geben, dass sie nichts zur Verzärtelung ihrer Kinder beigetragen, dass sie ihnen alle die Genüsse, womit wir die ursprüngliche Derbheit der deutschen Knabennatur erweichen, neben denen aber das schwarze Brot, Arbeit genannt, nicht mundet, konsequent versagt haben? Die Schule kommt schon zu spät, wenn sie den Knaben in ihren Schoß aufnimmt, und kann auch durch Turnübungen nicht wieder gut machen, was man zu Hause versäumt hat, noch weniger in Vergessenheit bringen, was schon zu frühe zur Kenntnis des Knaben gekommen.

73.

In der Tyrannis ist nur dann wo nicht Übereinstimmung mit dem Herrscher, doch wenigstens etwas ihr Ähnliches möglich, wenn die Masse, in der Erkenntnis, dass ihr wegen innerer

neglegere fines quibus virtus atque vitiositas [9] inter se dirimuntur. Quæ res illa ætate qua etiam de puerorum educandorum ratione mollia quædam præcepta florebant [10] multo erat perniciosior, cum ipsi novandæ educationis auctores primarii [11] haud secus ac patres matresque puerorum ingenia, quæ iniuncto labore debebant corroborare, prava mollitudine redderent imbecilliora.

LXXII.

Falluntur magna ex parte [1] qui causas infirmitatis malæque valetudinis, qua nostræ quidem ætatis pueros laborare multi sæpe sunt conquesti [2], repetunt ex scholarum [3] ratione, quod magistri a pueris nimia postulent eorumque vires supra modum intendant [4]. Ut enim permulti errores inde nascuntur quod non satis discernitur quid quo efficiatur [5], sic in hac quoque re, si quidem vere dicuntur nostri pueri esse singulari imbecillitate, haud scio an similiter peccetur. Ain tu [6] pueros fieri infirmos quia labores iis iniungantur [7]? Quid si inversa sententia pueros dicamus laborum esse impatientes quia infirmi mittantur in scholam [8]? Pervetus est illud parentum ut, si minus prospere [9] cesserit puerorum institutio, soli magistro id dent crimini, semperque magistri culpa videbatur esse [10] si ex filioli animo nihil caloris nec lucis [11] quidquam ex eius mente poterat elici. Quotus autem quisque parentum, si semet ipsum religiose volet excutere, prædicare poterit nihil se [12] ad enervandos liberos contulisse omnesque eas oblectationes quibus ingenitam Germanorum pueris naturæ asperitatem [13] emollimus, præ quibus autem labor non magis placet quam secundarius panis præ cuppediis [14], constanter se illis denegasse? Sero schola auxilium parat [15] simulac puerum in sinum accepit, neque exercitandis corporibus potest resarcire quod domi est neglectum, nedum oblitterare possit memoriam eorum quæ ante tempus in pueri cognitionem venerunt.*

LXXIII.

In ea civitate quæ sub tyranno est tum demum potest esse civium cum domino si non consensus at certe quidquam eius simile, cum multitudo libertatem videns vel propter intestinam labem ac

Verderbnis und Fäulnis oder wegen Zwietracht der Parteien die Freiheit unmöglich, die Gewaltherrschaft notwendig geworden, sich geduldig einem Usurpator unterwirft, der so zu sagen sein eigenes Gewissen der Rettung des Ganzen zum Opfer gebracht und der Bevölkerung Ruhe und eine gewisse Behaglichkeit des Lebens gewährt, die ihr freilich bald höher als die höchsten Güter gilt; oder wenn der Usurpator oder seine Vorfahren durch eigene Kraft das Land nach außen geschirmt und vor noch schmählicherer Knechtschaft errettet und ihm fortdauernd Wohlthaten erwiesen haben; so wird das Volk, den Ursprung der Herrschaft vergessend, sich mit ihr aussöhnen und eine gewisse durch Gewohnheit befestigte Anhänglichkeit an sie gewinnen. So hat Octavianus Augustus das gesamte römische Reich, nachdem es durch die Bürgerkriege erschöpft war, seiner Alleinherrschaft unterworfen, ohne dass das Volk oder die Provinzen dem neuen Zustande der Dinge abgeneigt gewesen wären, ja er erschien sogar vermöge seiner tribunicischen Gewalt als der Beschützer des Volkes gegen eine übermütige Oligarchie, welche früher drückend auf den Gemeinen lastete und sich sogar, wie jene Claudia, nicht entblödete zu wünschen, dass das Volk in verlorenen Schlachten zu Grunde ginge, damit die Straßen für ihr Fuhrwerk freier würden; so hatte früher Pisistratus unter dem Schein ein Volksfreund zu sein, die Tyrannis erlangt und sich ihrer nicht maßlos bedient, wogegen die späteren Aristokraten zur Zeit der Dreißigmänner sich nicht scheuten den Demos von Athen den verfluchten zu nennen; so wurde der sikelische Tyrann Theron Retter und Wohlthäter seines Staates, und seine Usurpation hielt das wieder frei gewordene Volk nicht ab ihn nach seinem Tode wie einen Heros zu verehren.

74.

Unsere Zeit drängt überall zum Bewusstsein, zum Denken und Erkennen, wenigstens in den Gebildeteren, die im Lichte des Gedankens leben wollen, und dunkle und schwimmende Gefühle haben nirgends weniger ihre Stelle als in den Staatsverhältnissen. Geben wir auch zu, dass nicht jeder sich zur Klarheit des Gedankens erheben kann, ja sogar dass, wie der Dichter sagt, was kein Verstand der Verständigen sieht, ein

tabem vel propter partium discordiam se non posse ultra retinere [1], unius autem dominationem necessario esse subeundam, aliquem patitur per vim rerum potiri [2], qui saluti rei publicæ sui animi integritatem velut condonans [3] civibus tranquillitatem præstat vivendique quandam iucunditatem, ab illis tamen mox summis bonis antepositam; aut cum vel ipse tyrannus vel eius maiores sua virtute civitatem ab hostibus defenderunt vindicatamque a turpiore etiam servitute [4] beneficiis obstringere non desierunt. Tunc enim populus, qua ratione partum sit imperium oblitus, omisso quod senserat odio vel caritatem quandam eius capiet consuetudine firmatam. Ita Octavianus Augustus cum confectum bellis civilibus imperium Romanum totum suæ dominationi subiecisset, nec populus novum rerum statum ægre ferebat nec provinciæ; quid quod assumpta potestate tribunicia idem vel patronus quidam videbatur esse plebis adversus paucorum superbiam, qui antea sua vi vulgus tenuerant oppressum atque adeo, ut illa Claudia, non erant veriti optare populum adversis pugnis absumi ut suo carpento viæ fierent expeditiores [5]; itaque priore ævo Pisistratus, cum plebis causam simulando defendere tyrannidem sibi parasset ea [6] non usus erat immodice neque sicut postea XXXvirorum tempore optimates, qui exsecrandum appellare Atheniensium populum non dubitarunt; ita denique Siculus ille tyrannus Thero suæ civitati salutis auctor exstitit tantisque eam beneficiis affecit [7] ut recuperata libertate populus, quamquam ille contra ius imperium sibi arrogaverat, nihilo minus mortuum heroum in numero sibi duceret colendum [8].

LXXIV.

Nostræ ætatis homines, qui quidem cultiore utentes ingenio in rationis luce volunt versari, ut in omnibus rebus cur quæque fiat cupiunt perspicere omnesque cogitatione et cognitione perlustrare, ita obscuras fluentesque animi affectiones iure nusquam minus admittunt quam ad res publicas [1]. Quamquam enim concedimus non uniuscuiusque esse ad perspicuam rerum cognitionem pervenire [2], quin etiam recte dicere poetam, quod fugiat omnem sapientum aciem,

kindliches Gemüt in Einfalt übe: so hat doch der Inhalt dieses gemütlichen Fühlens erst dann seine Berechtigung, wenn er vor dem Gerichte des Verstandes bestehen kann: wir müssen das Gefühl durch das Denken begreifen und, um mich eines glücklichen fremden Ausdruckes zu bedienen, gleichsam dem blinden Triebe Augen einsetzen durch den Begriff.

75.

Unstreitig ist es in bedenklichen Zeitläuften schwierig für die Monarchie, sich in der richtigen Mitte zu halten: am schwierigsten dann, wenn die Parteien zugleich nach außen schauen und sich auf fremde Elemente stützen; aber es ist das schönste Vorrecht der Monarchie, in ungetrübter und wir dürfen sagen gottähnlicher Ruhe und Heiterkeit über den Parteien zu schweben, sie zu zügeln, sie zu vermitteln, und gewiss gelingt es ihr so, unterstüzt von einer parteilosen und unverfälschten öffentlichen Meinung, das Richtige zu treffen und selbst die schroffsten Parteiunterschiede zuletzt unter dem Banner der dem Fürsten und den Unterthanen gemeinsamen bewussten Vaterlandsliebe zu vereinigen, wenn diese nicht durch Eigennutz und Eigenwillen von Grund aus ertötet ist, was, so lange der Staat noch Lebenskräfte hat, nicht vorausgesetzt werden kann; es gelingt ihr so, die unter sich getrennten Parteien zu gleichmäßiger Übereinstimmung mit dem Herrscher zurückzuführen, in der Unterordnung und dem Gehorsam, ohne welchen kein Staatsleben möglich ist, zu erhalten, ja zur Hingebung und Selbstaufopferung — nicht in knechtischen, sondern in freien Diensten zu begeistern.

76.

Wie von einem Menschen, so gilt es auch von einer Wissenschaft, dass sie nie in größerer Gefahr schwebe auf verborgene Klippen zu geraten und ihre Mittel in einseitigem Missbrauche zu vergeuden, als wenn sie mit vollen Segeln, von dem Fahrwinde der Zeitgunst getrieben, auf der hohen See der Gegenwart dahinfährt; während die übrigen, die mit widrigen Winden kämpfen müssen und deshalb für den oberflächlichen Beobachter vielleicht nur langsam und schwerfällig von der Stelle rücken, in eben diesem Kampfe ihre ganze Kraft entwickeln und er-

id simpliciter sæpe patrare puerili animo hominem [3], tamen quod sic simpliciter sentienti probatum est [4] tum demum pro rato potest haberi si rationis iudicium non reformidat; cogitando igitur oportet illustrare id quod animo senserimus et, ut commode dixit quidam scriptor [5], cæcutienti voluntati quasi oculos addere adhibita ratione.

LXXV.

Regibus quis neget difficile esse impeditis rei publicæ temporibus [1] medium ita sequi ut in neutram partem aberrent [2], tum autem difficillimum cum pugnantes inter se factiones insuper [3] externa spectantes alienis opibus innitantur; sed hæc est regum præcipua eademque pulcherrima condicio [4], posse illibata quadam et prope dixerim divina [5] tranquillitate ac serenitate factiones infra se positas habere [6] et coercere effrenatas, certantes pacare; eaque ratione, suffragante præterea incorrupto eorum iudicio qui ipsi quoque neutri parti sunt addicti, poterunt profecto verum assequi et vel gravissimo opinionum discrimine seiunctas partes postremo congregare sub signis patriæ, quam et princeps et cives sibi sciunt esse communem quamque eodem omnes amore amplectuntur, nisi forte privatorum commodorum consiliorumque studio [7] funditus est enecatus, quod quidem dum aliquid virium remansit in re publica [8] vix potest cogitari; eademque ratione efficient ut dissentientes inter se partes revocentur ad æquabilem cum principe consensum atque in eo contineantur et obsequio et officio quo sublato nulla rei publicæ societas potest esse [9], quin etiam adeo inflammentur ut posthabita sua utilitate contemptisque laboribus ac periculis non servili ministerio sed liberali operam velint navare rei publicæ [10].

LXXVI.

Quod de singulis hominibus, idem valet de artibus litterisque, numquam magis cavendum esse [1] ne in occultos [2] scopulos incidant viresque perperam in unam partem detorquendo effundant [3], quam quo tempore passis velis, prospero flatu [4] favoris æqualium usæ per altum feruntur; ceteræ autem quæ cum adversis ventis conflictantes obiter rem intuenti fortasse lente videntur tardeque [5] progredi, in ipso hoc discrimine [6] expediunt omnes vires [7] et experi-

BAYERISCHE STAATS- BIBLIOTHEK MUENCHEN

proben, alle ihre Seiten gleichmäßig hervorkehren, die ganze Geschicklichkeit ihrer Führer und Lenker zum Bewusstsein bringen und dadurch zugleich für den Fall, dass der Wind umspringt und im Pendelschlage der Geschichte ihre Zeit wiederkehrt, für alle Ansprüche der Zukunft vorbereitet und gerüstet dastehen.

77.

Die Extreme berühren sich: in demselben Augenblicke, wo der Denker seinen Arm nach dem Unendlichen ausstreckt, wirft ihm die Schranke der Endlichkeit ihre Schatten in den Weg, mit deren hohlen Formen er sich — wie Ixion mit der Wolke — eine kleine Weile vergnügt, um sich dann ewig um die Achse seiner selbst zu drehen; und die Tiefen, die er mit dem Auge des Geistes zu ergründen sich vermisst, spiegeln ihm am Ende doch nur sein eigenes Bild zurück, in dessen Vergötterung er den höchsten Lohn seines Strebens dahinnimmt. So ist vom schrankenlosesten Idealismus zur beschränktesten Selbstsucht und Vermessenheit doch nur ein Schritt, und mancher, der die Wirklichkeit fahren ließ um statt ihrer die Wahrheit zu suchen, ist auf dem Scheidewege der Wissenschaft zuletzt mit leeren Händen stehen geblieben.

78.

Was helfen uns alle Bereicherungen unserer Kenntnisse, wenn sie nur den Vorrat des Wissens mehren ohne dieses zum Bewusstsein seiner Gründe gelangen zu lassen? Was fruchtet alle Vermehrung unserer Mittel, wenn sie uns über die nächstliegenden und augenblicklichen Zwecke die höheren und ewigen vergessen macht? Was sollen uns Bäume, vor denen man den Wald nicht sieht? Was bedeuten Einzelheiten, welche nie den organischen Abschluss zu einer Einheit hoffen dürfen? Eine Wahrheit, welche die Kritik ausschließt, Gesetze, die auf Prinzipien verzichten, können den Geist wohl eine Zeit lang gefangen nehmen und auf das Ruhepolster materiellen Behagens betten; aber wenn ihm das Gefühl seiner Kraft, das Gedächtnis seiner unverjährbaren Bestimmung zur Freiheit wiederkehrt, so sprengt er diese Fesseln.

untur omnesque suas partes æquabiliter expromunt [8], totam denique ducum gubernatorumque sollertiam ostendunt eamque ob causam etiam in futuram ætatem, si quando mutato vento volventibusque sæculis [9] ipsarum tempus redibit, paratæ sunt promptæque ut nihil ab iis possit exigi cui non videantur esse pares.

LXXVII.

Recte dicuntur contraria inter se contingere [1]; quo enim tempore aliquis divinas res æternasque cogitando iamiam sibi videtur posse complecti[2], eodem obiectis rerum terrestrium terminis[3] prospectus progressusque ei impeditur[4], quarum inani specie, sicut illa nube Ixion, paulisper oblectatus [5] deinde circa semet ipsum, haud secus quam rota circa axem, volvi non desinet[6]. Quæ autem secreta ingenii acie conatur penetrare [7], inde nihil ei, si verum dicas, refertur nisi sua imago, quam pro divina habendo [8] summam studii mercedem aufert. Itaque exiguo sane intervallo dirimuntur et perfectissimi cuiusque sectatio quæ a rebus sub sensus cadentibus longe longeque se segregat, et sui unius studium a ceteris omnibus cum cæcitate quadam et arrogantia sese revocans [9], ac multi qui omissis rebus ante oculos positis ipsam veritatem appetebant, in illo termino ultra quem humana cognitio progredi nequit constituti[10] postremo omnium rerum inopes remanserunt [11].

LXXVIII.

Quid iuvamur[1] quantocumque in artibus litterisque [2] progressu, si eo nihil aliud quam [3] augetur copia rerum nobis notarum, at a rationibus earum cognoscendis impedimur [4]? Quid prodest facultates nostras augere quam maxime, si hoc iis efficitur ut proximarum et præsentium utilitatum studio avocemur ab altioribus et sempiternis [5]? Quo nobis quasi arbores ipsius silvæ conspectum intercipiente[6]? Quid denique sibi volunt res dispersæ, quæ fore umquam ut in unum corpus concludantur nulla spes est[7]? Quibus placitis excluduntur libera existimantium iudicia [8] quæque præcepta ad rationis normam redigi nolunt, iis potest quidem mens per aliquod tempus vinciri ac velut peracto labore reclinari in voluptatem [9]; at ubi primum ei redierit suarum virium sensus et memoria innatæ libertatis nulla temporis præscriptione amittendæ [10], dirumpet ista vincula [11].

79.

Man wird viele einzelne Kontraste und Nüancen zwischen den Völkern nachweisen können: die absolute Summe des Ganzen aber zu ziehen ist menschliche Einsicht zu schwach. Die große Verrechnung von Nationalcharakter, Schuld und Gewissen bleibt eine geheime, schon weil die Mängel eine zweite Seite haben, wo sie dann als nationale Eigenschaften, ja als Tugenden erscheinen. Solchen Autoren, welche den Völkern gerne allgemeine Zensuren, und zwar bisweilen in heftigstem Tone, schreiben, muss man ihr Vergnügen lassen. Abendländische Völker können einander misshandeln, aber glücklicherweise nicht richten. Eine große Nation, welche durch Kultur, Thaten und Erlebnisse mit dem Leben der ganzen neueren Welt verflochten ist, überhört es, ob man sie anklage oder entschuldige: sie lebt weiter, mit oder ohne Gutheißen der Theoretiker. Wohl giebt es eine persönliche Zurechnung, und ihre Stimme ist das Gewissen; aber die Völker möge man mit Generalsentenzen in Ruhe lassen. Das scheinbar kränkste Volk kann der Gesundheit nahe sein, und ein scheinbar gesundes kann einen mächtig entwickelten Todeskeim in sich bergen, den erst die Gefahr an den Tag bringt.

80.

Den Sturm einer akuten Krankheit hat schon die Naturbeobachtung der ältesten Zeiten der langsameren Gewalt chronischen Siechtums als die günstigere Form des Übels vorgezogen. Ausreichende Reize, mit großer Kraft die natürlichen Verhältnisse verschiebend, drängen dort das Leben zu schnellem Untergange oder zu gleich rascher und elastischer Rückwirkung; kleinliche Einflüsse, oft wiederholt, greifen es hier verstohlen an, jeder einzelne stark genug, um ein Stück seiner Grundlagen anzunagen, keiner hinlänglich, um durch entschiedenen Eindruck

LXXIX.

Multas quidem res facile possumus singillatim enumerare quibus gentes differant inter se ac sint contrariæ [1]; sed his in unum comprehensis de ipsa gente universa ut certum fiat iudicium humana parum valet rerum intellegentia [2]. Quid enim insitæ cuiusque gentis indoli tribuendum sit, quid culpæ, quid in conscientiam trahendum [3], diiudicare tam est difficile ut numquam possit expediri, cum aliis de causis tum quia vel vitia, si ab altera parte ea spectaveris, habent cur artes videantur esse totius populi propriæ [4], ne dicam virtutes. Itaque si qui sunt scriptores quos iuvat censorias quasdam tabulas conficere [5] de singulorum populorum moribus universis, atque perscriptas nonnumquam verbis acerbissimis, non est quod invideamus huic generi delectationis. Possunt quidem gentes in nostro terrarum orbe habitantes alia aliam vexare, sed bene se habet quod iudicem inter se agere nequeunt. Magna aliqua gens, quæ sua rerum humanarum constitutione eorumque quæ et gessit et perpessa est memoria conexa est cum universa rerum conformatione qualis recentiore ævo exstitit, ea et criminantium iudicia et excusantium contemnit [6]: perstat in suis moribus vel probantibus magistellis [7] vel vetantibus [8]. Privatis quidem hominibus eorum quæ quisque fecerit est reddenda ratio, ac reposcitur ea uniuscuiusque conscientia; at populos nolim temptari sententiis universe pronuntiatis [9]. Qui enim populus gravissime videtur ægrotare, is fieri potest ut proxime absit a sanitate [10]; quem autem credideris esse sanum, is semen mortis potest in se habere [11] valde adultum, sed quod non cognoscitur nisi veniente aliquo periculo [12].

LXXX.

Acuti [1] morbi violentiam iam qui antiquissimis temporibus naturam observabant ut levius mali genus præferendam censuerunt longæ tabis tarditati [2]. Illic enim momentis satis validis magna cum vi naturalem hominis statum perturbantibus ita impellitur vitalis corporum vis ut aut cito intereant aut eadem cum celeritate morbum a se repellant [3]; hic autem furtim afficitur valetudo levibus rebus sæpe repetitis, quarum unaquæque ad arrodendam aliquam fundamentorum partem sufficit [4], sed nulla idonea est quæ aperto fortique impulsu facto omnes vires ad communiter

seine Kräfte zu gemeinsamer Abwehr zu wecken. Man hat nicht mit Unrecht dieselben Analogien auf das geistige Leben übergetragen. Für die Erziehung des einzelnen gleich sehr wie für die Entwickelung der Wissenschaft selbst ist es stets eine ungünstige Bedingung, wenn wir mit ihrem Gegenstande allmählich und zu einer Zeit bekannt werden, wo uns eine genügende Fähigkeit seiner Beurteilung noch abgeht. Wo einem gebildeten und gesammelten Bewusstsein ein Kreis von Erscheinungen sich plötzlich gegenüberstellte, da würde, an die Verfolgung bestimmter Fragen gewöhnt, unser Nachdenken rasch in seine Tiefen vordringen, lange bevor die Helligkeit verblich, mit welcher die Frische des Eindruckes jeden einzelnen Zug hervorhob. Verfrühte und nur allmählich sich erweiternde Auffassung der Dinge lässt dagegen die meisten ihrer Eigentümlichkeiten wirkungslos an uns vorübergleiten. Die unzureichende Kraft dieser in ihrer Zersplitterung zu wenig eindringlichen Wahrnehmungen regt die Erkenntnis zu keiner entschlossenen und vollständigen Untersuchung auf; wir beschwichtigen uns mit kleinen und unvollständigen Aushilfen, und es wird nur eine unzusammenhängende Ablagerung von Eindrücken hervorgebracht, deren jeder ein halbgelöstes Rätsel in sich schließt.

resistendum excitet [5]. Quam similitudinem fuerunt qui ad animorum habitum transferrent, neque iniuria. Magno enim solet esse impedimento ut ad excolenda nostra ingenia ita ad ipsarum litterarum perfectionem ubi carptim tantummodo cognoscimus earum materiam eaque ætate qua vires nostræ ad illas recte iudicandas nondum satis sunt confirmatæ [6]. Ubi enim perpolito iam et composito ingenio occurrant subito variæ res inter se conexæ [7], cogitatio nostra tractandis rebus certis assueta celeriter ad illas penitus perspiciendas perveniat, multo ante quam exstinctus sit ille splendor [8] quo recens animo oblatæ singulæ partes fuerant collustratæ [9]. Sin autem ante tempus res cognoscimus et paulatim tantum earum intellegentia fit perfectior [10], plurima quæ earum sunt propria mente non commota [11] nos præterlabuntur. Quæ perceptiones inter se dispersæ cum non satis valeant ad [12] impellendam fortius mentem, non excitatur iis cognitio ut totam rem strenue perscrutetur; sed arreptis levibus quibusdam et imperfectis adminiculis acquiescimus nec efficitur quidquam nisi ut remaneant [13] in animo perceptiones male inter se conexæ, quarum unaquæque obscuritate quadam laborat non satis in lucidum perducta [14].

ANMERKUNGEN.

I.

1) oras maritimas.

2) deposito, abiecto; ubi primum . . . erat.

3) placidam, pacatam, cum bona pace.

4) necessario; ut consentaneum est.

5) et in illo quidem mari homines consentaneum erat trahi irritamentis longe acrioribus quam . . .

6) simpliciter; sine fraude.

7) utrum mercaturam facerent an latrocinii causa per mare vagarentur.

II.

1) indulgentiam habebat Soloni; quidquid Soloni libebat facere æquo animo patiebatur; nullo modo vexavit Solonem, immo . . .

2) crevit animorum acerbitas; crescente enim . . .

3) per vim omnia agebantur; res venit ad vim.

4) derisui esse, ludibrio haberi cœptus est; ludibrio erat.

5) *vgl.* Cic. ad fam. II, 16, 6 sed ego fortasse vaticinor et hæc omnia meliores habebunt exitus. — vatic. („*schwarzsichtig sein*“) *wäre hier ohne* mala *nicht deutlich genug.*

6) vanas species sectantem.

7) otium, umbram.

8) paratique erant ad percipienda viri sapientissimi præcepta; paratis animis accipiebant, hauriebant . . .

9) quamvis omnia in dies magis miscerentur et perturbarentur.

10) ut fundamento niti debere firmissimo; nisi per leges . . . stare non posse Atheniensium rem.

11) quae Solon tradiderat de ratione rei publicæ administrandæ docuit Themistoclem; ad Solonis maxime præcepta . . . conformavit; iis quæ Solon secutus erat . . . consiliis imbuit; ad eandem quam Solon secutus erat . . . rationem instituit.

III.

1) *gnomisch, daher einfacher Satz; vgl.* Hor. ep. II, 1, 63 interdum vulgus rectum videt, est ubi peccat. — simpliciter iudicare solet populus; simplicia sequi, spectare in iudicando, æstimandis rebus.

2) eo maiore fruetur apud populum gratia quo magis . . .

3) ad perspiciendum, perspectu facilia. — quo tendat; quid sibi velit.

4) ad sanam mentem incorruptumque iudicium accommodata.

5) plurimum interesse, maximi momenti esse iudicabat (ut Athenienses caverent) ne . . .

6) tecte occulteque agendo . . ., id quod apud Lacedæmonios moris erat.

7) fallaciis; per fraudes.

8) Athenienses eo pervenerant ut . . .; *vgl. Nägelsbach, Stilist. § 81, 3.*

9) iam erat fœdus fœderi oppositum; Græci distinebantur duobus . . .

10) principatu; auspiciis.

11) diuturnam, firmam, perpetuam, stabilem esse.

12) armis decernendum; bellum non posse evitari.

13) erumpit ira, odium *und ähnliches, aber nicht* bellum. — antequam arma conferrentur, armis confligeretur, decertaretur.

14) statuebat.

15) periculosum; si qua id fieret, pericula inde necessario gigni.

16) summa lex esset.

IV.

1) ut præter maritimum terrestre imperium quæreretur ideo committendum non esse.

